N de penis pacto appositis. Sciendū pena pacto appositā aliqñ cōmittit aliqñ nō. Si em̄ p̄uentio incipit a p̄ditōe. vtputē si stichii nō dederō decē dabo noīe penē. hic pena cōmittit cū certū est p̄uentuz dari nō posse. Si vero incepit a p̄cedēti pa ctioe. vtputē p̄mitto stichii dare. alioquin pene noīe decē dabo. Et si tūc p̄cedēs pa ctio fecerit obligationē. vt si sit pactū vesti tū cōmittit pena. ex q̄ stichii dare potuit z n̄ fecit. aut p̄cedens pactio nō est obligatio nō cōmittit pena. nisi demū lite p̄testata sup̄ eo qd̄ in pacto deductū est. Et diligēter aduer tendū q̄ in tractu stricti iuris pactū coherens informat z vestit. p. l. lecta. ff. si certum petat. Et sic ratioe informatōis agit ex sti pulatu ad id sup̄ quo nō fuit interposita sti pulatio. Et agit tūc ad p̄tenta in stipulatio ne q̄ etiā deducta i pactū. z sic est casus spe cialis in quo stipulatio excedit p̄rios termi nos siue suā p̄riam naturā p. l. petēs. ex sti pulatione. L. de pac. licet alias regulare sit q̄ quodcūq̄ in stipulatōe obmissum sit pro omisso habeat. scz q̄ nō agat ad id qd̄ dedu ctum est in nudū pactū. vt. l. ita stipulat. ff. de ver. obli. Similit̄ coherēs p̄tractui bo ne fidei. p. l. in bone fidei. L. de pac. Simi liter coherētia stipulatiōis vestit p̄ actū. eo. ti. l. si pactū. Similiter traditiōe. eo. ti. in. l. legem. Et nō refert an pactū p̄cedat vel seq̄ tur dūmodo in cōtinenti apponat. facit lex iurisgen. §. q̄nimo. ff. eo. ti. Notandū con sequēter q̄ pacta quedā sūt fm̄ leges. q̄daz sūt p̄ter leges. z aliqua p̄tra leges. Scdm̄ leges sit puta qñ p̄mittit aliqd̄ dari vt fieri fm̄ q̄ lex p̄mittit. modo si est pena p̄missa p̄

peti aut res vel pena. id est. alterū eoz solū nisi sit dictū q̄ pena soluta vel nō ratuz ma neat pactū. quia tūc vtrūq̄ potest peti. Ca sus in. l. cū proponas. L. de transac. Item pa ctum sit p̄ter leges. scz quādo pacto aliqd̄ p̄ mittit qd̄ directē a lege expresse nō p̄hibetur vtputa p̄mitto factū alienū z si nō fiat id. p̄ mitto penā vel paciscoz alterz alteri dari z si nō datur stipulor penam. tūc licet nō valeat factū p̄ncipale. quia factū alienū p̄mittere nō possum. nec etiā alteri pacisci. valet tamē pene p̄missio. Item pactū sit cōtra leges cum p̄mittit aliqd̄ qd̄ lege expresse prohibet scz res sacra vel religiosa. z tūc neutrum va let neq̄ p̄ncipale neq̄ pene p̄missio. Item aut pena adijcitur quātitati aut speciei aut facto. si adijcitur quātitati. vt p̄mitto dare decem sub pena dupli. tūc ipsa pena quan tacūq̄ z qualitercūq̄ sit reducitur ad legitī mū modū vsuraz sortis p̄missis. Et h̄ iō. q̄a ex quantitate pecunie solet fenus cōmitti. h̄ hoc p̄ Inno. in. c. suam. de penis. si h̄o adij citur speciei. vt p̄mitto dare equū. vel aliam rem. stichii vel ticiū sub pena decē librarū. illa pena exigit. z itez pena tota exigitur. de hoc p̄ Bar. in. l. lucius. ff. de actio. emptio. z ven. Cōsequenter notādum q̄ recte sicut in iuramētis ita z in pactionibz intelligunt cōditioes generales. s. si deus voluerit. si res in eodē statu p̄manserit. si mihi seruabit si des zc. de quibz p̄ditionibz per docto. z glo. in. c. quēadmodū. de iureiuran. Item si quis iurauit se solutuz spe future numerationis intelligitur cōditio si pecunia fuerit nume rata. Casus in. l. indubitati. L. de nō nume rata pecunia. Item dabo centū si p̄traxeris me cum matrimoniū. Intelligit cōditio secu tis nuptijs. ff. de iure do. l. promittēdo. Et generaliter in omnibz iuramētis p̄missorijf generales p̄ditiones intelligunt. In asser torijs vero iuramētis nulla subintelligitur Speciales autē p̄ditiones nunq̄ subintelli gunt. sed oportet q̄ expresse ponant. vt dic̄ Bern. in. c. tua nos. de iureiurando No tandū q̄ multa possum facere spōte ad que nō possum me pacto astringere. Nam spon te possum mihi aliquē heredē instituere. nō tamen ad hoc pacto me astringere. Casus i l. pactum q̄ dotali. L. de pac. silr in. l. stipu latio hoc mō p̄cepta. ff. de ver. obli. Item ea q̄ ob reuerentiā alicui p̄mittit nō obligat p̄mittētē. Casus in. l. j. §. onerāde. ff. quarū

De beneficijs

rez actio nō datur. 7 ibi p Bar. Sic etiā tēporalis p̄statio nō vestit p̄ventionē nudam. p. l. si certis annis. L. de pactis Et nō refert an talis p̄statio fuerit facta sciēter vel ignoranter q̄ ad necessitatē in postez soluēdi. secus q̄ ad effectū repetitōis. i. si sciēter solui i debitiū repetere nō possum. p. l. i. ff. de cōdit. indebi. Distinguentiū tñ est in h̄ casu qñ q̄s agit p̄ illo qd̄ sibi cōsuevit solui aliq̄t annis aut actor q̄ agit p̄tra illū q̄ cessat soluere p̄statiōnē innitit solū tpi. aut alteri cause si solū tpi succumbit. i. p̄dit causam. qz tps nō est modus obligatiōis tollēde v̄l inducēde. p. l. obligatiōnū fere. §. placet. ff. de actio. 7 obligatiō. Aut nō solū allegat tps sed aliā causam aut tal̄ cā est sufficiens ad agendū v̄l nō. si secundū allegat nudū pactum vel p̄missionē 7 itez succūbit p̄ dictā legem Si certis annis. aut actor p̄tendit causam sufficientē. vt stipulatiōis 7 venditiōis emptiōis aut alterius tituli. 7 actor obtinebit si pbauerit solutionē sibi factā ad plures annos licet nō pbauerit causam efficacē. quia p̄sumit q̄ reus nō soluerit sine causa legitima. qz nemo p̄sumitur rē suam iactare. p. l. cū de indebito. ff. de p̄bat. Item p̄bat p̄ glo. c. si. xvij. q. ij. vbi d̄r q̄ allegata p̄suetudine alicui⁹ aliqd̄ soluendi cū causa 7 p̄statiōne illi⁹ solutiōis inducit obligatiō. ad idē facit. c. puenit. de cen. vbi d̄r in fine. oportet q̄ppe vt ois cēsus ad qd̄ 7 qñ p̄solui debeat p̄sciat. Cōclusiue tenent doctores q̄ p̄missa vera sunt. de capitulo puenit. qñ p̄ tantū tps solutiū sit quod sufficit ad p̄scriptiōnē. 7 nō fuit in possessiōne recipiēdi h̄mōi solutiōem vt p̄carie aut clam Itē nemo alienū factū p̄mittēs obligat. vñ q̄ p̄mittit p̄ aliquo nō tenet ad aliū nisi q̄ det operā quā potest q̄ ille faciat qd̄ p̄mittit. p. l. stipulatio ista. ff. de p̄. obli. nisi q̄s p̄mittat se effectuz curatur ve vt p̄missum fiat insti. de inuti. stipu. §. si q̄s aliū daturū. Item si q̄s p̄misit insulā facere ad certū tēpus sub certa pena 7 tantū tps iā trāsīuit q̄ modo infra tps statutū fieri nō poterit. licz totū tps nō trāsīerit. possum tñ agere cōtra tales p̄inde ac si totū tps trāsīerit p. l. h̄ iure ff. de ver. obli. Itē si aliquis p̄mittit generaliter hoc modo. quodcūqz postulaueris dabo. in tali excipiunt oīa illicita 7 p̄iudicialia 7 etiā ea que in generali p̄tractu nō veniunt scz q̄ q̄s sp̄cialiter noiata nō dedisset. Casus in. l. i. L. q̄ res pigno. obli. poss. vel nō.

Defensionū seu be

Defensioz quedā in fauorē. quedā in odiū introducte sunt. vñ p̄rigit q̄ p̄sonē quibz inuēte sunt p̄ eas iuuant ne te neant de obligatiōibz quas fecerūt. Et licet v̄z sit regularit̄ licitū esse his p̄ se introductis renūciari. l. si q̄s in scribēdo. L. d̄ pac. sunt ex eis tñ quedā b̄nficia quibz renūciare non possum⁹. 7 renūciatiōne facta nō impedit quo min⁹ h̄mōi b̄nficia 7 defensiones opponi p̄nt. Aliquetū sunt q̄bz q̄s renūciare potest 7 renūciatiōne facta tenet. 7 illa p̄ona que añ renūciatiōnē p̄ ip̄a b̄nficia iuuatur renūciatiōne facta ampli⁹ nō iuuat. Alique sunt defensiōes q̄bz q̄s ad qd̄ q̄s renūciare potest 7 q̄ ad qd̄ nō. Itē de singul̄ est videndū. 7 primo de illis quibz renūciare n̄ potest

Beneficiū macedo

Beneficiū senatuscōsultri cōpetit filiofamilias q̄ pecuniā accepit mutuo sine volūtate tacita vel exp̄ssa patris. Et nota licet appellatiōe pecunie largo mō sumpt̄e p̄tineat qd̄qd̄ numero pōdere vel mēsurā cōtineat. capit tñ hic stricte solū p̄ pecuniā filiofamilias mutuata. vt dictū est. 7 sic iuuatur. si tñ fili⁹ recepit qd̄ cōstitit in pōdere vel mēsurā tenebit nisi fraus adhibita sit a creditore. vt qz dedit filiofamilias frumentum vel oleū vt his distractis vtref. p̄ pecuniā. vt supra dictū est in. c. p̄. vbi dicebat. i fraudē aut sit pactū varijs modis 7 nō solū cōpetit ei interim dū est in potestate patris v̄z etiā postq̄ fact⁹ est sui iuris 7 etiā cōpetit heredi filijfamilias 7 ei⁹ fideiussori. p. l. i. §. 7 si p̄. §. nō solū. ff. ad macedo. Et introductū est in odiū feneratoroz. 7 huic b̄nficio renūciare nō potest. vñ post sniam datur exceptiō ex eo. ff. ad macedo. l. i. 7 dicta. l. si pater. §. nō solū. naturalis tñ obligatio manet. vt in. l. si iulian⁹. §. quāqz. e. ti. Nota tñ q̄ in casibz sequētibz exceptiō b̄nficij macedoni nō habet effectū. Primo si filiusfamilias p̄ mēdaciū dixit se patrēfamilias. vt in. l. zenodorus. in glo. 7 in. l. i. L. ad senatuscō. macedo. Secdo si credebat fili⁹ fore paterfamilias. qz fungebatur publicis muneribz. vt dicta. l. i. senodari⁹ Tertio si filiusfamilias a pupillo recepit mutuū nō internētere ip̄i⁹ tutoris curatoris auctoritate. Quarto si mutuan

De beneficijs

pecuniā in utilitatē patris auertit. vñ cū illa pecunia fecit qđ pater esset factur⁹. vt dorādo filiā vel sororē. p. l. filiūsa. ff. e. ti. Quāto si recepit pecuniā causa legatōnis vñ studij vt in. l. macedoniani. L. e. ti. Sexto si pater ratū habet vñ p̄sentit postea qñ mutuū accepit fili⁹ vel p̄ns fuit z nō dicit. vt. l. si filiūsa. eo. ti. Itē si filiūfamilias fact⁹ paterfamilias soluit p̄tē debiti cessat bñficiū macedonianū. p. l. s. iulian⁹. §. si. ff. e. ti. Itē cessat illud bñficiū si fili⁹ habet peculīū vsq; ad qñtitatē peculij. i. pecunie mutuo recepte. glo. in. l. dicta. Zenodor⁹ ponit plures casus de eodē. Itē qđ dicitū est de filiofamilias: dicitū est de nepotib⁹. p. l. filiū habeo. ff. eo. ti. Et idē tenet Salicet⁹ in. l. si fili⁹. e. ti. illud tñ vñ est de nepotib⁹ qñ agit d̄ fauore ip̄oz vel patrū suoz Casus in. l. liberoz. §. s. z papinian⁹. ff. de ver. sig. Sec⁹ cū agit de odio ip̄oz. vt in causis penaz vel cōdemnationū nam tali casu appellatiōe filioz nō intelligūtur nepotes

Beneficiū restituti

bonīs cōpetit minorib⁹ toto tpe minoris etatis etiā eo finito infra quadriennij p̄tinuū. s. si i minorē etate decepti fuerint eoz facilitate z aduersarij calliditate. Notandū minorēnis multis modis pōt intelligi. Primo q̄ minor est. xiiij. annis. vt i ca. in p̄ntia. de p̄ba. §. p̄terea. Secūdo a discretione vsq; ad septēniū. L. de iure delib. le. si. si infanti. Tertio q̄ ad matrimoniū cōtrahendū vsq; ad. xiiij. annū mascul⁹. et ad xij. annū femina. Quarto q̄ ad testamētī factionē vsq; ad. xiiij. annū. xv. q. j. admonere z. c. se. Quinto quo ad restitutiōem vsq; ad xxv. annū. ff. e. ti. p. totū. Hodo adposituz minorib⁹ etate damnis subuenire nō i reb⁹ p̄speris seu p̄sperere gestis nocere p̄suenit. L. de pecu. l. nō eo min⁹. Errātib⁹ em̄ z nō fallētib⁹ publica iura subueniūt. vñ si minor q̄ nūc se maiorē assenerat fallaciter maiorē etatis mēdacio aliquē decepti in integrū reuerti nō debet. L. si minor maiorē se dixerit. l. si is q̄. Itē si minor. xxv. annis renūciat bñficiō ecclesiastico nō restituet si illud bñficiū est alteri collatū. qz q̄ bñficiū est legitime ad eptus nō potest illo sine culpa puari. Sed si minor obmisit aliquā p̄batiōem necessariam vñ alias capē est in iudicio potest petere in integrū restitutiōem. vt in. c. ex pte. d̄ resti.

spoli. p. Bern. Itē si minor facit qđ diligentissimus fecisset nō restituet. vt si de cōsensu suoz amioz adiuit hereditatē quam putabat fore multū pingue licz nō inueniat opulentā. qz tali casu vñ iure cōmuni. casus in le. nō videt. L. de in inte. restit. minor. xxv. annis. Itē minor in iudicio legitimā psonā stādī nō habet. L. q̄ legiti. p. totū. Ideo si agit z snia p̄tra eū lata est habebit bñficiū restitutiōis. p̄ eo autē lata tenet. in dicta. l. nō eo min⁹. Itē minor. xxv. annis agere potest sine tutore z curatore. vt in illis casibus i q̄ bus minor censet maior. vt si iudex p̄ fraudem tutoris absoluit reū a iudicio pōt puenire tutore. ita qz necesse est ip̄m p̄mo pueniri. z h̄ casu restituit minor etiā si p̄tumar fuerit. vt. ff. de minorib⁹. xxv. annis. l. minor.

Hec Johannes. lxxvij. dis. irreligiosam. Itē minor potest causam matrimonialē p̄ se agere vel p̄ pcuratorē. p. c. ex pte. de restit. spoli. Itē censet maior in voto. xx. q. ij. ca. j. vbi d̄ qz firma erit p̄fessio v̄ginitatis ex quo adultera esse cepit z que solet apra nuptijs deputari. Itē qñ minor mortē patris erequit. xv. q. ij. de crimine. Itē qñ agit ex testamēto p̄ris Itē qñ agit de recupanda possessione. L. q̄ legi. p. l. vlti. Itē qñ de thoro violato agit. ff. de adul. si marit⁹. z. le. iure mariti. L. eo. ti. Itē qñ agit de libero hoie exhibendo. imo tali casu pupill⁹ admittit. ff. de libe. ho. ethi. l. ij. Itē qñ impetrat veniā etatis. et q̄ liter impetret z corā quo z qua etate. habet L. de his q̄ veni. eta. impe. l. ij. Itē qñ agit negocia alteri. licet em̄ agere p̄ se non possz pōt tñ p̄ alijs agere si saltē h̄z mādātū. ff. d̄ pecu. l. filiūsa. Ad iudicia autē pcurator nō p̄t esse nisi. xxv. annoz. p. c. q̄ generalit. de pcur. ra. li. vj.

Beneficiū ne quis

debet nisi inquātū facere pōt et nō vltra. i. habita rōe ne egeat com petit marito z ei⁹ hereditib⁹ z filijs omnibus vtriusq; sex⁹ z ei⁹ patri qñ puenit ab vxore. z cōpetit patri vxoris qñ vxor puenitur a viro hinc inde p̄ dote z donatōe. Itē patrono qñ puenit a liberto. Itē cōpetit socio qñ cōuenitur a socio. Itē puenit patri qñ puenit a filio vel filia. z huic bñficiō renūciari non potest. Sciendū qz plerūq; p̄tingit quē cedere bonis. z ille tñ q̄ sic cessit bonis solū modo damnatur in quantum facere potest.

De beneficijs

Item postea ueniri potest si tantum acq̄sierit quo prior possit moueri. s̄ tñ fraudadus nō est alimētis quotidianis. nec etiā debz detru di in carcerē. ff. de ces. bo. li. iij. l. q̄ bonis. z. l. si debitor. Et talis cessio bonoz obligati onem debiri nō tollit s̄ inefficax est talis ob ligatiō ppter debitoris inopiā. sed prodest ut nō detrudat in carcerē cedens. ut in dicta. l. q̄ bonis. Et q̄ bonis cedit añq̄ agnoscat de bitū vel anteq̄ cōdemnet vel in iure p̄senteat debitiū audiri nō dz. ff. de ces. bo. l. p̄nt. Et habet in glo. ibidē. sup. s̄bo nō dz. Nō cedēs bonis debet bona indicare. allegat. p argu mēto. l. si. l. de iure delib. Itē habet in glo sa ibi. q̄ oibz bonis cedere dz ut etiā vnū de nariū nō retineat. licet i post questis bonis sec̄ fit. ut in dicta. l. q̄ bonis. Si tñ talis su stinuisse pena corpālē p debito tūc nō tene tur de postquestis soluere. ut. xij. q. vj. si res Itē bona cedētis debēt vēdi nō occupari p pria autoritate credētū s̄ bñ iudicē. ut. ff. e. ti. l. legis in lie De cessione tali habet p cano nistas in. c. hedard. de solut.

Beneficiuz ne liber

hō ob es alienū obliget huic bñfi cio nō poterit renūciari. qz h renū ciatio est dānosa z contraria libertati. Qui em̄ libez hoīm cogit fuire p debito pena e est ut pdat debitū. Sc̄do fatūdes dabit pa rētibz illi hoīs quē in fuiturē reduxit. Ter tio punif pena corpali. ut dic̄ Salicet̄ cir ca legē. ob es alienū. l. d obli. z act. fac lex q̄ filios. l. q̄ res pig. obli. pos. vl nō. Item Jo. an. dic̄ q̄ libri alicui studētis ad ptinu um vsum ipius defuictes nō obligēt ob es alienū. Itē nec salaria aduocatoz vel mili tū a publico ipis debita. ut no. Salicet̄ in le. ne q̄s de corpe. l. de aduo. diuer. iudi.

Beneficiū fori quod cō petit fore si cuiq̄ dicit q̄ ipere sub suo iudi ce debebat ueniri. qz actor debet sequi for̄ rei. de fo. cōpe. si cleric̄. z. c. cū sit generale. l. de iurisdic. om. iu. l. ij. ff. d alie. iudi. mu. cau. fac. l. j. in pn. nō aut ecōtra nisi in q̄busdā casibz ut statim infra dicet Et hu ic bñficio seu p̄uilegio pacto nō renūciatur s̄ ad h q̄ reus alibi possit q̄ i foro suo ueni ri pmittat solutiōez facere vbiq̄ fuerit pe tita ab eo. qz tunc ibi tenet solutiōem facere vbi uenit. Rō. qz p̄uilegio fori a p̄ncipe vl

lege indulto z oī iure introducto in ei⁹ fauo rem i p̄tractibz p̄t renūciari. ut. l. si q̄s in cō scribēdo. l. de pact. In his casibz seq̄ntibz actor nō sequit for̄ rei. Et ponit. vj. q. iij. p Jo. glo. decre. s̄sus. Cōtract. crimēq̄ reus religioq̄. Vir rō similis vl p̄uocat atq̄ re sat. Excellit inssu vl si p̄sentit vterq̄. Regle ctor iudex feodari⁹ atq̄ scholar⁹. Notādūz cū cleric⁹ habet cām aduersus aliū cleric⁹z ueniat ipm corā ep̄o p̄prio. s̄ ipsi⁹ rei vel de p̄silio ipsi⁹ ep̄i aliū iudicēz vtracq̄ ps eligat ecclesiasticū tñ. e. ti. c. j. ar. s̄. p. c. cū R. d off. dele. Ubi dz q̄ actor dz eligere nō vtracq̄ p̄ So. illa decretal intelligit fm Bern. q̄ al tera ps est absens. vl cū nō vult p̄cordare re us. z ita obseruat in curia

Beneficiū seu priui

legiū fori qd cōpetit cleric⁹. d. q̄ licz cleric⁹ de iure cōi subiect⁹ sit iudici seculari. p p̄uilegiū tñ p̄t declinare z dice re q̄ velit solū corā suo ep̄o r̄ndere: aut alio cōpetenti z huic bñficio de iure canonico z etiā ciuili nō renūciat. qz introductū est i fa uorē tot⁹ cleri z nō alicui⁹ singulari cleric⁹ Nā p̄uilegio fori a p̄ncipe vel le. indulto p̄t in p̄tractibz renūciari. ut dictū ē. imo iudex admittēs exceptiōem fori nō admittendā fa cit litē suā. ut patet i alle. l. si q̄s i p̄scribēdo. Et sicut iudex male iudicās facit litē suā. sic etiā arbit. z arbitrator. s̄ nō tenet d̄ estimati one litis nisi d̄ dolo z lata culpa. dūmō sal tem fuerint electi de priū p̄sensu. fac. l. j. s̄. j. ff. si mēfor salsum moduz dixerit. Idē videt de p̄sulatore. ut. l. j. de discussio. l. li. r. nā cui libet i sua arte expto credendū est. ff. d̄ v̄tre inspiciedo. l. j. z. c. cā matrimonij. s̄ p̄bat. in glo. Notādū ad h q̄ cleric⁹ possit progare iurisdicōem n̄ sui iudicē fm panormita. in. c. significasti. de fo. cō. Primo red̄rit eius p̄sensus. qz inuisi iudicari non p̄t. Sc̄do si p̄sentiat ex certa scia nō p̄ errorē. ut i glo. j. di cti. c. fac lex si. l. d̄ p̄di. inde. Tertio q̄ nō si at progatio met⁹ cā. ut. l. ij. in pn. ff. de iudicē. Quarto q̄ iudex i quē p̄sentiat sit ecciastic⁹ de hoc in. c. si diligēti. de fo. cōpe. Quinto ut talis alias p̄sit iurisdicōi. qz fundamentuz progatiōis est iurisdicō. Igit̄ in iudicē nō habentē iurisdicōz nō p̄t fieri progatio. qz nō entis nō sunt q̄litates. ut. l. et̄ q̄ in puin cia. ff. si cer. peta. Sexto q̄ tal sit iudex ordi nari⁹. qz nemo p̄t progare iurisdicōem nō

De beneficijs

sui iudicis delegati etiā cū consensu ep̄i. qz iu-
det delegat^o vigore rescripti hz iurisdictionis
limitatā z restrictā. Septimo qz fiat cū con-
sensu sui ep̄i. Octavo qz progās n̄ peccat re-
integra. qz cū res ē integra p̄nē ē loc^o als n̄
vt in. c. j. de iudi. Nono qz sit tal^o cā q̄ recipi-
at progationē illi^o iudicis. qz laic^o qualēcū-
qz iurisdictionē habeat nō progat in sp̄iali-
bus causis. de h̄ p̄ Jo. an. in cle. dudū. de se-
pul. in glo. sup̄ s̄bo sp̄iali. Itē laic^o trahēs
clericū iurātū ad iudicē secularē p̄dere debet
cām z iudex secularis p̄nat iurisdictionē p̄ au-
ten. statum^o. L. de ep̄i. z cle. Itē qd si cleri-
cus trahit clericū ad secularē. Rū def. debet
excōicari nō bñficiat^o. bñficiat^o s̄o bñficio
z offi. suis p̄uari. rj. q. j. in olīa

Exceptio nō nume-

rate pecunie date vl tradite rei ali-
qñ cōpetit infra duos ānos. aliqñ
infra. xxx. dies. aliqñ infra annū. aliqñ infra
tres mēses. Ecce enī debitor q̄ p̄fitec se mu-
tuo pecuniā recepisse quā i vitate n̄ recepit
pōt opponere exceptionē nō numerate pecu-
nie infra duos annos a die p̄fessionis facte
Creditor s̄o q̄ p̄fessus ē sub spe future nū-
ratiōis creditū suū recepisse a d̄bitore hz ex-
ceptionē nō solute pecunie infra. xxx. dies. p̄
legē in p̄tractibz. §. illo. L. s̄ nō nume. pecu.
Itē marit^o q̄ p̄fessus est sub spe future nū-
ratiōis se dote recepisse. hz exceptiōz nō nu-
merate dotis q̄ opponēda est infra annuz p̄
solutū matrimoniū. z h̄ si matrimoniūz du-
rat min^o duobz ānis. z ē opponēda infra tres
mēses si matrimoniū durauerit p̄ duobz
annis s̄ min^o decimo. P̄dicti exceptiōibz
nō pōt renūciari. z renūciatio si facta est nō
impedit q̄ min^o infra dicta tpa opponi possit
verūtāme in h̄ p̄dest renūciatio. qz si nō esset
facta renūciatio deberet p̄bari aduersarius
defendētī pecuniā ip̄am soluisse. z ita p̄dest
renūciatio tal. qz uertit on^o p̄bādī in renū-
ciantē. vt no. in rubri. ne fideiussores vl mā-
datores dotiū dent. L. cū suis legibz q̄ p̄bi-
bent fideiussorē dari p̄ dote restituēda i eue-
tum restituēde doti. Cū licz qdā sciāt z faci-
ant h̄mōi fideiussionē renūciantes p̄dicto ru-
bro cū suis legibz. ip̄a tñ renūciatio de iure
nō valet. qz talē fideiussorē dari p̄ dote resti-
tuēda p̄hibet a lege. mō id qd sit s̄ legē etiāz
si iurātū sit p̄ nō facto habet. p. l. nō dubiuz
L. de legibz. Rō autē legi secūde p̄dicti rubri

elicif ex ei^o s̄bis cū diē. si em̄ credēda ē m̄li-
lier sese suāqz dotē parti mariti existimauit.
quare fideiussor vl ali^o intercessor exigitur
Nota tñ fauorē magnū fore mulierē p̄ dote
recupanda. vt in. c. et lris. d̄ pigno. vñ muli-
eres p̄ oibz creditoribz p̄ recupanda dote p̄-
uilegia s̄ p̄sonales actōes siue p̄ re alia h̄nt.
vt. L. q̄ potiores i pignore habeant. l. assidu-
is. Talē etiā fauorē mulier etiā in suos here-
des trāsmittit. S̄z tñ p̄uilegiū h̄mōi muli-
er nō habz in donatōe. p̄ nuptias si pacta ē
de lucrāda donatōe. qz tali casu nō p̄fertur
alijs creditoribz. qz in dāno vitādo eis suc-
currit. nō autē in lucro captādo recte sicut i
lucris ignorātia iuris mulieri nō p̄dest. vt i
le. iuris ignorātia. L. q̄ admitt. ad bo. poss.
pos. z infra qd tps. Itē p̄pter maleficiū viri
vroz nō p̄dit dote exceptio crimine lese maie-
statis. vt diē autentica. Bona dānatoz. L. d̄
bo. p̄scrip. z dāna. nec etiā p̄pter crimē heref-
nisi tpe p̄tract^o m̄rimoniū vroz sciuerit virū
hereticū. casus in. c. decreuit. de here. lib. vj.
Itē nec p̄pter maleficiū patris. L. sol. m̄ri. l.
ij. Nā vult ius fiscū teneri ad dote vt ibides
in glo. z ff. sol. matri. l. si marito. in p̄n. z. L.
de bo. p̄scrip. l. si vt p̄ponis. Itē in. l. sat. L. i
quibz causis pign^o tacite p̄trahit habet cas^o
singularis qz etiā patrimonii vrozis tacite
obligatū est p̄ debito mariti i cā p̄mipularij
licet alias regulare sit bona vroz p̄ debito
mariti obligari n̄ debere. vt. L. ne vt. p̄ ma-
p̄ totū. Itē p̄uilegiū doti est qz oia bona ma-
riti sunt tacite obligata p̄ dote vroz. vñ si
aliqs possidet hereditatē mariti tenet r̄nde-
re mulier p̄ dote. vt in. c. et lris. de pig. Et
am̄ extēdit h̄ ad parafernalia. qz sicut bona
mariti obligata sunt vroz p̄ dote. ita z p̄ pa-
rafernalibz. Nota si mulier aliq̄ ex iusta cau-
sa sepata fuerit a viro tota dos d̄z sibi reddi
habita rōe ne egeat. vt si aliqd impedimētū
fuerit inter eos. vtputa affinitatis vel p̄san-
guinitatis aut aliqd tale qd ignorarunt Et
tūc oia empta vel cōparata de bonis viri et
mulieris debēt diuidi inter eos si hoc p̄stat
alias p̄sumēt de bonis viri empta. ff. d̄ do-
na. inter virz z vroz. l. q̄ntus m̄ci. z. c. j. ij.
z. ij. in textu ad glo. extra eo. si. Si autē con-
trahētes sciētes impedimētū contraxerint
solutū matrimonio vterqz p̄dit qd alteri de-
dit z fisco applicat nisi errore vel etate excu-
sent. L. de incest. nup. l. q̄ p̄tra hoc fac. ca. ij.
q̄ filij sunt le. imo de iure canonico scienter

De beneficiis

cōtrahentes p̄hibiti in gradu sunt excōmunicati ip̄o iure. vt in cle. vnica. de p̄san. z affini. Cōsiderandū tñ si mulier ita renouauerit dotem. nō tamen potest eam alienare cōstante matrimonio. sed necesse habet eā seruare ad vsū mariti z filioꝝ. facit. l. vbi. l. de iure dot.

Inc de beneficiis

is videam⁹ quibus q̄s renunciare p̄t. z quoz renūciatio impedit ne ampl⁹ opponi possint. Est em̄ quoddā bñficiū qd̄ vocat̄ noua cōstitutio de pluribus reis debēdi. a res rei z nō a reatu. que cōstitutio dicit̄ q̄ si plures sint rei debēdi. hoc est plures debitorēs idonei z soluēdo hoc diuisionis bñficiū habēt q̄ potest dicere vnusq̄ q̄ p̄ sua tantū parte teneat̄ insolidū p̄pter istud bñficiū duo sunt necessaria. scz q̄ p̄mittat̄ z obliget̄ se insolidū. z renūciēt̄ diuisioni cōstitutioni de pluribus reis debēdi z sic vbi creditor habet plures reos debēdi insolidū. habet electionē alterz de cōreis cōueniendi insolidū. secus si essent plures rei debēdi p̄ parte. p. l. j. l. de duobz reis stipu. z p̄mit. Notandū vnus debitorz soluēs totum p̄ suis cōdebitoribz habet actionem negocioz gestoz cōtra cōdebitorēs. vel mādati cōtra cōreos actione sibi concessa p̄ creditorem. p. l. si. fideiussor. l. de fideiussor. z māda. Sciendū q̄ plures rei debēdi possūt simul cōueniri in eodē libello dū tamē actor p̄stet̄ in dicto libello se velle esse contentum tota solutiōe vni⁹. ff. eo. ti. l. ij. z. iij. Itē interruptio facta ab vno creditore cōtra plures reos debēdi. z ecōtra interruptio facta p̄ vnū de pluribus reis debēdi cōtra plures creditores vel vnū nocet z p̄dest alijs. p. l. cum q̄dam. l. de duobz reis. ff. eo. ti. l. in duobus. Nota diligētē q̄ virilis receptio diuisionē totū obligatiōis inducit. vt bis q̄ soluit nō possit vltēr⁹ p̄ueniri. p. l. si creditores. l. de pact. vnde q̄ nō soluerūt possunt p̄ueniri vltra virilē portiōem residui. cōpetit tamē eis exceptio diuisionis. quia illa diuisio est contra naturā integrali obligatiōis. ideo inducitur pactū de nō petēdo. arg. dicta. l. si creditores. l. de pac. Nota tñ fm̄ Balduz. in dicta. l. si creditores. triplicē esse diuisiōz. Quedam sit ap̄ncipio. vt qñ plures se obligant p̄ vnū noībz exp̄ssis. tūc tenetur quilibz p̄ virili. in. l. reos. §. cū tabulis ff. de duobus

reis stipu. Alio modo fit diuisio ex ep̄stola diui adriani. vt. ff. de fideiussor. l. inter eos. Exemplū. duo fideiussores p̄miserūt soluere centū z quilibet eoz. z tūc p̄uenire possūt vnū ex his p̄ illis centū quē voluero. Si tamen hoc pacto petā a quolibz centū. possūt ip̄i petere a iudice vt ip̄is impartiat̄ bñficiū ep̄stole diui adriani seu bñficiū noue cōstitutionis. §. fideiussor. z māda. Tertia diuisio est que venit ex supueniēte pacto facto vel exp̄presso. Et fit duobz modis Uno modo p̄ receptionē virilis portiōis. de illa casus in dicta. l. si creditores. Alio modo p̄ petitiōez receptiōis virilis portiōis. vt in. l. liberum. l. de fideiussor. vbi d̄r q̄ actio p̄ lit̄ p̄statiōne diuisa ampl⁹ reintegrari nō potest

Nota ep̄la diui adriani. p̄ fideiussoribus fallit in qñqz casibz. Primo in fideiussore tuoz q̄ nō imploꝝat̄ h̄mōi bñficiū. licz tutoꝝes sint soluēdo. ff. rem pupilli saluā fore. l. si. Itē fallit i fideiussore fideiussor. vt. ff. eo. t. si plures. §. si. Itē fallit qñ ceteri fideiussores soluēdo nō sunt tpe litis p̄statiōis Itē fallit qñ eiusdē sūme sunt fideiussores sz nō p̄ eodē. ff. e. ti. si dubiter. §. si plures. in glo. super p̄bo p̄tē petere

Beneficiū quod cō

petit fideiussoribz d̄r q̄ si p̄ncipalis z fideiussor ambo sūt idonei i soluēdo. debet p̄us p̄ncipal⁹ p̄ueniri q̄s fideiussor sed ad h̄ vt fideiussorē qñcūqz creditor possit p̄uenire renūciare d̄z fideiussor noue cōstitutioni de fideiussoribus. Et nota qñcūqz duo. tres. quattuor. vel plures p̄ncipalis et insolidū se obligāt locū habet renūciatio p̄dicta que debz poni h̄ modo. Renūciam⁹ cōmuniter z diuisionem nouis cōstitutionibus z ep̄la diui adriani bñficio rē. Unusq̄qz em̄ p̄ altero intēdit soluere cū vltra p̄tē sibi contingētē se videt obligare. Dubitat̄ an laicus fideiussor clerici existēs possit cōueniri corā iudice seculari. z videt q̄ nō. eo q̄ p̄ncipalis nō p̄t cōueniri corā eo cū renūciare nō poterit p̄uilegio suo. vt supra dictum est de beneficio clericoz. Spe. in ti. de cōpetē. ind̄. adi. in ver. sed pone q̄ clericus. tenet q̄ sic. qz p̄sonales exceptiōes cōstitutione non transferunt. reales v̄o sic. ff. de except. l. exceptiōes facit. l. si cū p̄curatore. ff. de re iudi. Notandū. x. q. j. c. t. e. q̄dem. d̄r q̄ clericus si de iudicare n̄ debet p̄ laico. si tamē fideiussor

De beneficijs

tenet. vt in. ca. sequenti. Clerici tñ possunt fi
deubere inter se qñ pueniunt. *L. de epis et
cle. l. omis. §. in hac aut vrbe inclita.* Itē qñ
necessitas in stat tñc ex pietate tenent subue
nire aliq. vt. *l. xvij. di. nō satis.* Itē p ecclesijs
suis. vt in auten. *de san. epi. §. aliū aut. col. ix.*
hec *Johes. ix. q. j. te qdem.* Null' religiosus
absqz plati sui licētia. z maioris ptis capitu
li cōsensu debet fideubere p aliquo. nec pro
aliquo mutuā pecuniā recipiat vltra sūmā
cōmuni puidētia pstitutā puenit' seu capli.
als cōnēt' z capitulū nō tenet rñdere p his
nisi manifeste pstituerit i vtilitatē ei' redn
dasse. vt in. *c. q. quibusdā. de fideiussozibz.*

Alter' sciendū q i his casibz pōt fideius
sor agere ptra pncipalē debitorē vt eū libe
ret a fideiussione. Primo si diu stetit in obli
gatione. Secūdo si debitor incipit vergere
ad inopiā. Tertio si fideiussoz p demnat' sit
hi casus ponunt in. *c. vlt. de fideiuss.* Quar
to si ab initio puenit. *ff. e. ti. l. fideiussor. eo. z
in. l. si p ea. l. mā. vbi elicit tanqz p regula
q fideiussor vl' mādatari' añqz soluat p reo
pncipali nō eget mādati ptra eū nisi sit pde
natus vel re' bona dilapidet vel puentū sit
q possit qñcūqz. Fideiussoz tñ iniuste pde
natus appellatōe nō vsus ptra reū regressū
nō habet qd est notatu dignū. Fallit hec re
gula in f. de iussore iudicij. qz statim post sti
pulationē cōmissam agere pōt. vt in. *l. si mā
dato. j. Rñso. ff. e. ti. Rō est. qz illa fideiussio
paratā secū habet executiōem. Fallit i fide
iussore ptract' q fideiussit aīo nouādi. vt in
dictra. l. si mādato. ij. rñso. Rō. qz reū libera
uit. z sic soluti est similis. nā in tali nouatio
ne obligatio pma debitoris transfunditur i
fideiussore. Itē fallit si fideiussor nō animo
nouādi sed interpellat' in iudicio quantita
tem summe debitoris deposuit in iudicio z
eam cōsignauit. z talis etiā similis est soluē
ti. Item q fideiussit p aliquo vel etiā simpli
citer pmisit soluere p alio. Nō solū ipse s; eti
am heredes ei' pueniri possunt. insti. *de si
deiusso. §. fideiussor nō tantū. z. l. j. l. de cō
sti. pecu. z. l. potest. §. fideiussor. ff. de fideiuf
so.* Item si debitor pmisit fideiussori se eum
liberaturū infra terminū. qd si non fecerit z
fideiussor p eo soluerit habeat p dia empta
q creditori erāt obligata p ea pecunia quā
soluit. Promissio seu pactū tenet. qz apparz
venditio cōditionalis. *ff. de cōtrahē. empti.
le. vltima.* Item fideiussor habet exceptio**

nem si mā. aut creditori q aliter nō crede
ret nisi reciperet pigno. *ff. de fideiussoribz. l. i
si in puerpere.*

Sciens seu excep

o tio p conditionem indebiti alicui cō
petēs est vt si aliqz indebite soluit.
vt qz illud nō tenebat soluere potest illd re
petere. z huic beneficio renūciat. Sciendū
si aliqz bis creditori pecuniā soluisset obli
tus se pmo soluisse. reducēs vero ad memo
riam postea repetit indebitū. ipse tñ repetēs
debet pbare. vt pecunia indebita sit soluta.
nisi creditor negaret solutionem sibi factāz
tunc si probabit solutio oportet creditorem
probare q pecunia illa sibi debita fuerit. o
hoc casus in. *c. his q de solutiōibz.* Et hoc i
telligit de psonis nō puilegiatis. secūs de p
sonis puilegiatis. vt est pupillus. mulier. mi
les. rustic'. z alie simplicitate gaudētes. hec
em psonē nō tenent pbare pecuniā indebi
tam. s; ille q recepit debet pbare eā sibi debi
tam. *ff. de pba. l. cū de indebito. §. si autem.*

Nota aliquid dī indebitū iure ciuili tñ.
aut iure naturali tantū. aut iure ciuili et na
turali simul. Indebitū iure ciuili tantū aut
soluit p ignorantia facti. aut soluit p ignorā
tiam iuris. Per ignorantia facti repetere pōt
illud sicut est illud quod qs potest retinere
p. l. falci. vt qz qd credebat se plus habere in
hereditate qz haberet. Per ignorantia iuris
nō repetit. *L. ad. l. falci. nisi a psona puilegi
ata soluatur. vt a milite. rustico. minore. vel
muliere zc. vt. ff. de pba. cū indebito.* Inde
bitum iure naturali tantū est illud ad quod
p cyrographū obligamur spe future rema
nerationis. Indebitum ciuile z naturale si
mul. in his duobz casibus quacūqz ignorā
tia soluat repetit. sed si sciens soluit nō repe
tit. quia sic donasse videtur. *ff. de condit. in
debi. l. j.* Exceptio qua quid dicit indebituz
iure naturali vel ciuili vel vtroqz simul. aut
est temporalis. aut ppetua generalis. Tempo
ralis si soluatur indebitū cessat repetitio. vt
si promisi aliquid dare euz moriar. si añ dō
repetere nō possū. *ff. de pdi. indebi. l. si n cū
moriar.* Perpetua generalis. aut fauorabil
est aut odiosa. Fauorabilis sic p errore so
lutum indebituz repeti potest. vt accidit in
uelleiano. quia ppter fauorem mulierū sta
tutum est ne fideiubeat. Odiosa. vt si filiis/
familias contra macedonianū mutuū accē
si §

De beneficijs

pit. vt paterfa. solueret nō repetit. macedoni-
anum em̄ in odiū creditoris datur. z ideo si
solutū est indebitū siue per ignorantia iu-
ris siue facti nō repetitur. Si incertū est an
sit perpetua v' temporalis sic procedetur ac si
esset perpetua. hec tria membra habētur. ff.
de cōdit. indebi. qui exceptionē. In illis ca-
sibus indebitū solutū nō repetitur. Primo
quādo aliquid solutū est ex causa iudicati.
vt. l. j. l. eo. ti. Secundo si aliquid solutū
est ex causa transactionis. vt. l. ij. l. de cōdi.
indebi. z. l. cū te proponas. z. l. nec intentio.
l. de transac. Tertio si iurauerit creditor
debitore deferente. licet etiā male iurauerit
Quarto si ex causa pietatis aliquid fuerit so-
lutum. vt puta alimentoz z consimilium
Quinto si aliquis sciēs soluit indebitū. Se-
xto si soluit ex causa p̄ inficiationē crescentē
vt. l. ea que. l. de vdi. inde. Un̄ h̄sus. Si
ius dicet si causa negadi duplex. Si p̄ de-
bētes si res pietate mouet. Et si iuret v' sol-
uens cert' habet. Si transiget indebitū nō
repetetur

Beneficiū conditio

nis sine causa competit quando ali-
quid primo ex iusta causa z ab initio
obligatū est. z sine causa postea apud alterū
retinetur. aut p̄ aliquē effectum ampli' ap̄
eum esse nō debet. Item si penes te habes rē
meam quā non habes ex contractu vel quasi.
ex maleficio vel quasi. aut alias quouis mo-
do es mihi obligat'. z sic sine causa res mea
est apud te. cōpetit mihi repetitio rei ex hac
condicione sine causa. Et huic beneficio q̄s
potest renunciare. naz certū est q̄ soluto de-
bitō repeti potest beneficio per cōditionem
sine causa. vt in. l. dissoluto. l. de cōditione
ex lege z sine causa. possum ego renunciare
huic repetitioni. Sciendū q̄ propter in-
opiam alicui' quis potest repetere debitū
a suo debitore ante terminū solutionis sta-
tutum ad soluendū fisco tributū. quod al' s
nō liceret. p. l. j. l. de condi. ex. l. modo huic
bñficio q̄s poterit renunciare sic q̄ p̄pter quā
cūq; inopiā nō velit exigere debitū aū tem-
pus a suo debitore.

Exceptio doli mali

est quādo aliquis dicit se dolo z cal-
liditate alicui' inductū fore. z huic
exceptioni ob dolum preteritū poterit quis re-

nunciare. Notandū dolo nūq; patro-
cinatur dolo. nec prestat ei causam rescin-
dendi cōtractū per eū initū. per. l. cū profite-
aris. l. de renouan. donat. Ideo semp om-
nis cōtractus valet quo ad iudiciū dolo si
nec transactio rescindit ad instantiā propri-
um dolum allegatis. Casus in. l. transactione
finitur. l. de transac. Dolus mal' cōsistit i
calliditate fallacia z machinatione. vt. ff. eo
de ti. l. j. vñ calliditas cōmittit in tacēdo vel
dissimulando. vt si quis venditorū sciebat
rei vendite deberi seruitutē aut ipsam alie-
nam vel alteri obligatā fore. Fallacia autē
est in mentiēdo z falsum a sserendo cōtra cō-
scientiā. Machinatio fit autē ex parte s̄boz
Nam dicit beatus Augustin'. vtiq; verba in-
stituta sunt nō vt p̄ ea homines se inuicē fal-
lant. sed eis quisq; in alterius noticiā cogita-
tiones suas p̄ferat. Verbis igit vti ad falla-
ciam pctm̄ est. xxij. q. ij. Is aut.

Beneficium fori

q̄s cō-
petit scolarib'. scolar' qui bononie
moratur subiect' est de iure cōmu-
ni iudici bonon'. eo q̄ bononie habitat. sed p̄
priuilegiū potest declinare z dicere q̄ velit
coram suo doctore cōueniri. z huic benefi-
cio potest renunciari. Nota illud beneficium
nō solū datū est scolarib'. sed etiā legum p̄-
fessorib' magistris z doctorib'. vt dic' auten-
tica habita. l. ne filius p̄ patre. Et illud p̄-
uilegiū dat eis facultatē secure ad eund' lo-
ca studioz z transeūdi z cōuersandi in illis
cum illoz nuncijs z reb'. debēt etiā tueri ab
iniurijs z damnis. Et licet illud idem dicat
ius cōmune. vt. l. cōgruit. ff. de offi. presidis.
tamē scolarēs maxime secure debēt ire z ha-
bitare. Et ideo generaliter nō erat dimitten-
dum tanq; speciali nō digni. Et si illud p̄-
uilegium vltra ius cōmune operatur. argu. l.
si quādo. ff. de lega. j. Nam nō teneret ad pe-
dagia nec ad gabellas p̄ libris suis quos se-
cum studiū causa ferunt. aut vestimētis alijs
q̄ rebus ipis pro victu necessarijs. Querit
qui dicant scolarēs z qui gaudeant priuile-
gio dicte autentice. Respōdetur q̄ intrātes
scolas z studentes nō ficti aut vagabundis.
ar. l. qui sub pretextu. l. de sacro. san. ec. z. l.
j. l. de thronib'. lib. xij. Et ibi glo. dicit q̄
vagus scolaris non debet fieri magister.
Item gaudēt doctores licentiati in decretis
legibus z in artibus. lices scolas nō intrent

De beneficijs

dum tamē intrare nō prohibeātur. et sic ex natura rei mutatus est actus. nō autem habitus. ideo nō habet obesse sic nec honoz autus cōditione nō mutata. vt. l. penult. ff. de senato. Queritur an hec autentica corrigat legem cū clericis. *L. de epis. et cle. vbi dicit.* quando reus habet plures iudices electio est actoris. cū tamē contrariū habet in autentica predicta in fine. Nam reus potest eligere sibi iudicē quē voluerit. Respondetur quod ista lex nō corrigitur. quia hoc speciale est i scolarijs. illud vero regulare. vt dicit glo. sa dicte autentice. Queritur an scolaris possit variare. Dicendū s̄m glo. autentice vsq; ad litis cōtestationē nō postea. argumēto legis si cum dotē. §. eo autē tempē. ff. solu. ma. tri. 7. l. si cōuenerit. ff. de iurisdic. om. iudiciū Linus tamen 7 communiter alij doctores allegantes. l. non vtiq; ff. de eo qd certo loco. tenet cōtrariū. vnde dicit Linus. ex quo semel elegit amplius variare non potest. facit ad hoc lex statu liberor. in. §. stichium. ff. de lega. ij. Secundo queritur. scolaris existens in studio cōuentus coraz episcopo eligit doctorem suū laicū. quia de clerico non est dubiū quin potest. ideo de laico querit. an istum possit eligere. 7 videtur quod non. per ea. si diligenti. de foro competēt. alij dicūt quod potest. quia auctoritate legis illud facit. Linus tenet primū dicens quod illud priuilegium fuit eis cōcessum anteq; clerici essent exempti a iurisdictione principis 7 facti de iurisdictione ecclesie. per autentica. statumimus. *L. d. episcopis 7 clericis.* Ideo hodie non posset. quia priuilegiū principis nō potest eum erimere a iurisdictione episcopi.

Queritur. scolaris cōuentus coram doctore vel potestate elegit episcopum. et sub isto vult recōuenire laicū actorem an possit 7 videtur quod sic. per autentica. 7 cōsequenter *L. de senten. 7 interlocu. om. iudi.* Contrarium dicūt Jacobus de harena et Linus. quia agens nō agit ibi sponte. 7 sic nō eligit sibi iudiciū episcopi. vnde merito nō debet sibi reconueniri. s̄. l. it. ij. §. sed si agunt. ff. de iudic. 7 quia trahitur 7 nō trahit. igit rē. argu. l. finali. ff. quod quisq; iura. nisi cōuentio fiat ex eodem negocio. quia tūc non reconuentio sed natura cause 7 eius connexitas opatur ne ad diuersum iudiciū eatur vt. l. i. ff. de quib; reb; ad eundē eatur. Queritur. qd si scolaris habet duos doctores et

corā vno cōuentus eligit aliū an possit. Baldus dicit. quod si is sub quo est cōuentus ē principalis eius doctor. tunc ille est cōpetens. 7 ideo aliū velur incōpetentē non pōt eligere. sed vel potestate vel epum. secus si ambo essent pncipales. tūc potest gratis facere 7 eligere quē velit. vt. l. si q; seruū. §. si inē duos ff. de lega. Querit secūdo an scolaris suspensus ab introitu scole 7 alijs ecclesiasticis actibus gaudeat beneficio huius autentice. Et dicendū quod non. p. c. ex litteris de p̄stitucionibus. p̄sertim inchoandis. secus vero i iaz inchoatis. ar. l. cum quedā puella. ff. de iurisdic. om. iud. An studens in ciuitate interdicta habeat priuilegiū huius autentice. Dicendū est quod nō. si ex interdicto studiū generale sit vel intelligatur interdictus. facit quod notatur in. c. priuilegiū. de regul. iur. lib. vi. 7 ibi per glo. 7 quod no. insti. de capit. dimi. §. vltimo

Beneficium quod

est p̄ditōis incerti. quod h; locū quā alij q; instituit heres rogat est hereditate vel certā p̄te alteri restituere. v; si alij instituit est heres si decesserit sine liberis substituit est ei alij. 7 sic substituit h; ius i hereditate. eo quod adueniente p̄ditōe d; i cū venire hereditas. 7 tale fideicommissum d; incerti cōditio. q; incertū est an instituit decessat sine liberis v; nō. Et huic bñificio substituit potest renunciare. De insti. infra. cū d; testamētis agatur 7 tractabit

Beneficium iuris

ypothecaz competit vxori i bonis viri. quia omnia bona mariti tacite sunt obligata vxori p̄ dote. 7 huic bñificio potest vxor renunciare. si tñ certificet quod illud bñficiū ei cōpetit. debet em̄ vltra semp certificari d; iure suo. q; licitū est mulierib; ignorare iura. Item p̄dictū beneficium cōpetit etiā am creditori si bona debitoris sint ei tacite v; expresse obligata. 7 huic bñificio potest renunciari. Bñficiū senatuscōsulti velleiani cōpetit mulierib; intercedētib; seu se obligatib; p̄ alio. 7 dicit illud bñficiū quod si mulier fideiubeat seu p̄ alio se obligat realitē nō tenetur. cū d; iure mulier fideiubere nō possit. 7 oīno viro subsit 7 sue volūtat; nō existat. vt habet. xxxij. q. v. mulierē. 7 huic bñificio potest renunciare. debet tamē de eo certificari

De beneficijs

Notandū quādo mulier recipit tutelam filij. vel auia tutelam nepotis. debet renūciare secundis nuptijs et velleiano et omni alio auxilio. glo. l. j. ff. ad velle. ponit aliq̄s casus in quibz mulier tenetur. Primo si fideiubet pro pecunia danda pro libertate. vt. l. eo. dem. ti. l. penul. Item p. dote. p. l. si dotare. et l. vltima. l. eo. ti. Item si renūciat beneficio velleiano. vt. l. si. §. penul. ff. eo. ti. Itē si accipiat precium p. intercessione. vt. l. antique. l. eo. ti. Itē si decipiat. vt. l. si decipienti. ff. eo. ti. Itē si caueat. et hoc si post biennium a p. ma intercessione. quia intercessio secunda p. lapsum biennij facta aufert mulieri beneficium velleiani. vt. l. si mulier. l. eodē ti. Et ponit glosa hec metra. Casibus i. senis mulier spondēdo tenetur. Pro libertate p. dote renūciansq̄ Recipiat precium decipiat cauensq̄ secundo. Itē septimo si in rem suaz fideiussit. vt. ff. eo. l. aliquādo. et l. de die. §. q̄ mulierem. ff. qui satisda. cog. Item octauo si successit illi pro quo intercessit. vt. l. nō putant. §. plane. ff. eodē. Cōsimilis glosa habetur in. l. si. l. eo. ti. Et eo. vlti. l. colligit casus singularis vbi ex nuda pollicitatione de iure civili cōpetit ratio fauore doris. Nam dicit lex generaliter sanxim⁹. vt si q̄s maior xxx. siue mascul⁹ siue femina dote pollicitus sit. vel sponderit p. qualibet muliere cum qua matrimoniū licitū est omni modo compellatur suā cōfessionē adimplere. Et subiūgit. cuz effm scimus fauore dotiū et antiquos iuris cōditores seueritatē legis sepius molire merito et nos venim⁹ ad huiusmodi infancionē. facit ad hoc. l. j. §. j. ff. de pollici.

Notandū q̄ illud priuilegiū doris mat⁹ est priuilegio velleiano sed minus priuilegio etati cōcesso. Nam si minor etate promitteret dote nisi postmodū ratificaret petere p̄ restitutionē quā mulier nō potest. vt dicitur est. Sequit̄ correlarie q̄ aliud est pro alio pmittere seu fideiubere. et aliud sine obligatione p. alio soluere. Nā p̄mo casu iuuat mulier beneficio vellei. Secūdo vero casu nō cōpetit ei repetitio p̄tra debitore tanq̄ i debitum soluisse. Casus in. l. mulieribz. l. ad velle. qz dicit glo. ibi. mulier solues pro alio videtur donare. igit̄ ei nō cōpetit beneficium velle. p̄t tū nihilomin⁹ mulier repetere ab illo p. quo debitū soluit. Notandū Ja. d. rafen. dicit. q̄ eadē fragilitate qua mulier itercedat ex eadē etiā renūciat. igit̄ tenet q̄ mu-

lier beneficia velle. nō potest renūciare. allegat. l. doli. §. diuersum. ff. de noua. §. glo. pe. l. de velle. l. j. tenet p̄trariū mota. p. le. si. §. penul. ff. eo. Plures tū doctores tenet opinionones Ja. qz p̄sumit ius qm mulier fraudulenter et ex fragilitate inducat ad renūciandum beneficio suo et illud sit spēale licet als sit regulare qz q̄s poterit renūciare priuilegio suo in sui fauore introducto. vt. le. si q̄s in p̄scribē. l. de pact. Itē qdā dicūt q̄ valet renūciatio tal iudicialit̄ facta muliere certificata de priuilegio suo allegates. l. si mulier. ff. ad vellei. Cin⁹ in. l. generalit̄. l. eo. ti. distinguit. aut mulier obligat se p. marito. vt in antē. si qua mulier. e. ti. et nō valet renūciatio. etiā si fiat in iudicio. Aut intercedit p. alio nō suo marito. et tūc aut sine scriptis et subscriptioe triū testiū itē renūciatio velleiano. et tūc seruatur in. l. antiq̄. §. si. e. ti. Aut intercedat inter scriptis cū solēnitare hui⁹ legis antiq̄. et tūc aut renūciat velleiano in cā in q̄ ipa mulier necessario obligat̄ valz. vt in auren. mari. l. qm mulier tutele officio fungi p̄t. aut als renūciat in cā nō priuilegiata i iudicio tenet et extra nisi ratificet post biennium nō tenet Jo. an. in nouella dic̄ ad euitandū ābiguitates legistaz cautū sit q̄ i renūciādo hmoi beneficio mlieris iterueniat iuramentū et rata manebit renūciatio Serit idē in. l. sciēdū. ff. de p. sig. Notandū instrū in q̄ mulier p̄fessa est se recepisse pecuniā p. sua itercessioe facit cessare velleianū. et plenā fidē facit et parat hz executionē. vt no. in dicta. l. antiq̄. Sed dices an mulier debeat audiri volēs p̄bare q̄ eo tpe q̄ debuit pecuniā recepisse nō fuerit i loco instr̄o p̄scripto Et videt̄ q̄ sic. p. l. cū p̄cibz. l. de p̄ba. et c. tertio loco de p̄bati onibz. et c. cū Jo. de si. instrū. Rūdet̄ q̄ nō admittit̄ in p̄trariū p̄batio. qz illud instrū hz p̄scriptōz iuris et de iure. vt. l. si. l. arbitriū tutele. Si p̄o esset tale instrū qd nō induceret p̄sumptōz iuris et de iure. tūc admitteret̄ p̄batio i p̄trariū. vt dicūt iura i p̄trariū deducta Quid si mulier dicat se modicum recepisse et p. maḡ summa si. i. iussisse an. p. res duo iuuat velleiano. Opiniones plures fuerunt. §. senat⁹ in. l. antiq̄ p̄cludit q̄ q̄ntum cūq̄ mulier modicū recepit fideiubēdo nō iuuat. qz in tali casu nō videt̄ curare de beneficio. imo renūciare pot̄ i delusione sui beneficii. Sciendū q̄ ex. §. si min⁹. dicte. l. antiq̄ colligit non⁹ casus in q̄ mulier nō iuuatur

De beneficijs

uelleiano. videlicet qñ alteri obligatiōz no
uauit. z ob eā cām pecuniā recepit l' pigno
ra. v' etiā pus excuti d'z. z inquantū non est
soluēdo restituit actio in veterē debitorē.
z i tali nouatōe nō p'siderat an nouās sit sol
uendo v' nō. vt. l. q' satisfidare. §. plane. ff. d' si
de iusso. z insti. q' mo. obliga. tollit. §. p'rete
rea nouatiōe. Hodo hic est singularē q' in
ista nouatōe facta p' mulierē cōsideratur an
mulier sit soluēdo vel nō. Nā si est soluendo
excuti. sin aut' dat' actio p'tra veterē. rō speci
alitat'is. qz olim p' senatuscōsultū velleianū
mulier subducebat. z actio dabatur in anti
quū debitorē idistincte. nūc aut' introductū
est p' illā legē q' mulier si est soluēdo pus ex
cuti debet. Itē bñficiū velleianū cōpetit eti
am heredib'. similit' fideiussorib' mulierum
p. l. heredes. z p. l. mulieris. L. eo. ti. Scien
dum pietas p'sone nō excludit velleianū: li
cet pietas causa sit. Nā mulier iuuat' etiāz si
intercedat p' filio. vt. l. si. L. e. ti. Itē in. l. cuz
ad eas. L. eodē. habet' casus q' mulier iuuat'
tur si creditor eligat pot' cū ea p'trabere q's
cū masculo suo. z hoc ppter calliditatem cre
ditoris q' p'siderauit si p'trabere eum viro z
mulier fideiuberet ipa iuuaret velleiano. q'
re eligit cōtrahere cum vxore ita vt vir fide
iuberet. nihilomin' tñ creditori cōpetit be
neficiū institutorum cōtra maritum qui
pene cōtraxit. licet multum fictē dicatur cō
traxisse. Finis huius

Equitur de bene

ficijs quib' quo ad quid renūciari
potest z quo ad quid nō. Est q'ddā
beneficiū qd' d'z redibitoriz. z cōpetit illi q'
ignorās emit rem morbosam vel viciosam.
Et hoc em' beneficiū potest emptor agere
venditorē vt reddat sibi p'ciū z accipiat rem
Et hec redibitoria cōpetit infra sex menses.
Est etiā aliud beneficiū qd' appellat' quātū
minoris z dicit' q' si aliquis emit animal vel
aliā rem viciosam ignorās potest agere
venditorē petendo sibi illam partē p'cij red
di quā nō dedisset si sciisset illud aial adeo
viciosum. z hoc beneficiū cōpetit infra an
num Et hūc beneficiū predictaz actionuz
potest actor renūciare. z renūciatio prodest
venditori si venditor viciū vel morbiū igno
rabat. Si aut' rei viciū vel morbus sciuit et
subticuit. nec emptorē certificauit rōe doli i
venditione cōmissi. renūciatio p'dictaz acti

onum facta nō valet. Sciendū tñ qui sci
enter emit rē morbosam vel viciosam n̄ ager
redibitoria actione vel quātū minoris. vt. l.
j. §. si intelligat. ff. d' edil. edic. Itē glo. dicte
legi p'me dic' q' actio redibitoria vtil' cōpetit
p'rie p' fundo p'ducente herbas pestiferas l'
etiam libris incorrectis multū. Directa p'o
p' animalib' morbosis. Dñs Albert' dic' si
scolaris emeret librū incorrectū agere pos
set redibitoria. Secus in doctore. nā ille ex
pertus est q' potuit bene puidere. ita tamen
q' defect' sit manifest' z luat' q're nō p'spexit.
Idē dicit' q' p'senete non agunt redibitoria.
qz p'sumunt multū expri. qz sepe p'trahunt z
vendūt. Nota fm glo. l. j. ff. de edil. edict. re
dibitio fit multis modis. Primo ppter mor
bum corp'is q' vsum rei impedit siue sit ppe
tuis siue t'p'alis. vt in. l. p'poni. eo. ti. Se
cundo ppter viciū animi. qd' quicq' adest. qñ
qz etiā abest. Tertio qñ aliqd' abest qd' dictū
est adesse. Quarto p' vicio animi quod est i
iūmētis. vt in. l. bouē. eo. ti. Quinto qñ ven
ditor nō cauet. i. nō certiorauit emptorēz de
vicio rei. vt in. l. si quid v' ditor. e. ti. Sexto
q' debet v' ditor emptori significare seruuz
fore fugitiū vel furē aut in arena pugnasse
vel capitalē cōmississe doluz. vel q' voluerit
seipsum erimere rebus humanis. Nota so
lum p'ciū rei empte i iudicio redibitorio de
ducit. nō aut' dāna cū ab ipsis libere v' ditor
emptori p' dānis rē venditā dimittendo
p. l. q' si nolit. ff. eo. ti. Itē fiscus nō patit' re
dibitionē. s'z ciuitates z pp'li. sic casus in. l. j.
§. illud sciendū. ff. eo. ti. Sciendū p' regu
la q' p' vicio animi nō dat' actio redibitoria.
vt in. l. ob q' vicia. in. §. animi aut' viciū. ff.
eo. ti. Fallit hec regula. Primo si v' ditor se
obligauit cauere d' vicio ai. vt seruū nō esse
ni amen. etc. In domo habitacionis ve nerabilis uiri domini A. ppetui vica rii et B. In meiq; notarij publici etc. psona liter constituitur idem dominus A. san/ mente et compos ronis. licet corpe ut asseruit in calculo patiens etc. anaduertens q; uita hois sup terra more floz marcescit. Et q; ho q; tidie ad finem uite sue perat. Et q; mors hoiem q; tidie insequi tur. ac alias p inde considerans q; nihil certi us morte et nihil incertius hora mortis. eue tum huiusmodi hore timens. uolendo eum dem p/ cauere. nolensq; intestatus ab hac vi ta decedere. sed sue anime salutem providere ne post obitum suum super bonis p eum reli/ ctis aliqua ualeat discordia exoriri omnibus me lioribus etc. quibus utriusq; iuris sanctione effi eri potuit et debuit. ac iuxta sue conditiois pos sibilitatem suum nuncupatiuum testamentum si ue ultimam uoluntatem innouauit. edidit. et condidit. In primis omnipotenti deo et glo/ rioso sue genitrici totiq; celesti curie animam suam legauit ac carnis materiaz terre. Hec no reuerendissimo domino B. archiepisco po etc. floren. uel unam marcam auri uel ar/

genti puri. uel eius ueruz ualorem reliquit atq; legauit. ut ipse suum testamentum dignetur necesse fuerit gratiosius defendere. necno alio su/ um testamentum fecit constituit atq; per suos te stamentarios subscriptos exequi dispo/ et or dinari uoluit put in certis ordinacionis et di spositiois literis siue cartis aut registris ma nu sua. propria conscriptis plenius uidebit con tineri. Si autem huiusmodi carte lre et registra or/ dinacionis seu dispositionis non reperiant q; tunc dicti sui infra scripti testamentarij ac vltime uoluntatis executores huiusmodi suum testa mentum nuncupatiuum siue ultimam uoluntatem exequetur put eiusdem subscriptis testamē tarijs melius. aptius. et ante sue salutem conuenientius uidebit expedire. et sic ipsi deo in no uissimis de his uoluerit reddere rationem. et p huiusmodi sui testamenti siue vltime uolunta/ tatis executione faciendam. similiter omnibus melioribus etc. elegit. noiauit Eligit nominat ac fecit constituit et solenniter ordinauit. ac p sentis publici instrumenti serie duos ueros/ certos. legitimos. et indubitatos testamēta/ rios et manu fideles et vltime uoluntatis sue executores. uidelicet honorabiles viros B. E. et D. dans ipsis coniunctim uel diuisim et ma/ iori eorum pti auctoritate disponendi. ordinandi exequendi huiusmodi suum testamentum put permittit sibi ordinacione de manu sua facta. nolens huiusmodi testamentarios ultra recipien/ da et p eum relinquenda cuius obligari de quo publice ptestabatur. Uoluit et ptestabatur di ctus testator publice q; si huiusmodi testamentum non ualeat iure testamenti propter aliquam forsan solenitatem iuris omissam. aut alia ca/ quacumq; saltem iure codicillorum epistolarum uel legatorum uel alterius cuiuslibet vltie uo luntatis put iure melius subsistere poterit et ualere ualeat. ac vigorem habeat. super quibus omnibus et singulis. etc. Acta sunt hec etc. pnti/ bus ibidem etc.

Dequaz dicam

a de p/cessu iudicij florandū est qd sit iudicij. quos sunt species iudicij. et que sint p/sonae que debent consistere in iudicio. Unde iudicium est actus trium p/sonarum. scilicet iudicis. actoris et rei in iudicio consi stentium. Alie persone etiam quibus sunt neces sarie in iudicio. ut sunt testes. aduocati. asses/ sores. et pcuratores. et auditores. Iudex est qui iudicat de ca. Et dicitur quasi ius dās

De iudicibus et testibus

vel dictans vel dicens. Et dicitur a iusticia. quia debet esse iustus. alias non est iudex.

Tres sunt species iudicis.

Ordinarij sunt qui habent propria iurisdictione. ut decani. ppositi. et epi. Delegati sunt qui videntur iurisdictione aliena. et qui iudices sunt dati a papa vel legato ipsi. Delegatus autem a principe subdelegare potest. Arbitri sunt in quibus partes de consensu communi promittunt.

Tria sunt que impediunt aliquid quem esse iudicem.

Natura prohibet surdum. mutum et furiosum esse iudicem.

Lex prohibet irregularem. excommunicatum. hereticum. paganum esse iudicem.

Sexus et mores prohibent mulieres esse iudices propter carum inconstantiam.

Conditiones iudicis. Iustus. veridicus. discretus. eloquiosus.

Laurus causabilis debet iudex fore talis.

Actor est qui agit causam contra aliquem in iudicio.

Reus est contra quem agit in iudicio. Et dicitur reus non a reatu sed a re super quam agit.

Item excommunicatus non potest esse actor vel procurator. quia non habet personam standi in iudicio pro se. sed pro alio in respondendo sed non in agendo.

Testis est qui testimonium prebet in iudicio. Unde nota quod sunt septem que prohibent aliquem esse testem.

Conditione. ut si aliquis est servilis conditionis talis non potest esse testis in causa criminali. ut ubi de furto vel homicidio agit.

Sexus. ergo mulier non potest esse testis in causa criminali.

Etas. ergo puer non potest esse testis

Discretio. ergo fatuus non potest esse testis in causa criminali. nec furiosus.

Fama. sic infamis non potest esse testis nec viciosus.

Fortuna. ergo infortunatus vel pauper non potest. quia presumitur propter ipsius paupertatem pro munera sit corruptus. Et hoc intelligendum est de vilibus hominibus pauperibus. quia pauper bone fideus potest esse testis.

Fides. ergo infidelis non potest esse testis. ut hereticus vel paganus. Versus.

Conditione. sexus. etas. discretio. fama.

Et fortuna. fides. in testibus illa requiruntur.

Adhuc sunt aliquid modi preter iam dictos quibus aliquis repellitur a testimonio. qui patent in his metris.

Et clericus laicum fugiat et vicenerfo.

Et sanguinei pariterque domestica turba Et locus et tempus annumerant eis.

Unde sanguinei inter se non possunt testificari. Servi et ancille sine familiares testimonium pro domino dare non possunt. Laicus non potest clericum non potest. Item testes debent deponere. id est re significari de aliquo loco vel re. Advocatus si vel procurator est qui defendit causam pro parte.

Plura impediunt aliquem esse procuratorem.

Infamia. servitus. cecitas. puericia. monachus. irregularitas. Monachus tamen potest advocare si abbas suus sibi imparet. vel si est causa sue ecclesie. Idem est iudicium de canonico regulari. Unde Surdus. cecus. mutus. vel perpetuus furiosus. Femina vel servus. infans. vel minor etis. Publicus atque pugil. male credens religiosus. Pater et abnegans non abneganda sacerdos. Item sacerdos non potest advocari nisi in causa propria vel in causa sue ecclesie. vel in causa communi iuncte persone. id est fratris. sororis. vel nepotis etc. In causa miserrime persone vel vidue orphanorum ceteri

Item qui procurare non possunt.

Testis. assessor. pacifens. reus et iudex. Actor et auditor. commedator. si ista requirent procuratores. doctores si ista sociabis. Rusticus. nec miles. mulier. nec non minor etis. Pauper. bannitus. non procurare debent.

Assessor qui assistit in iudicio iudicis. et instruit eum si forte iudex est impie. Procurator est ille qui de mandato domini sui negocium unum vel plura suscipit paganda. Item aliquis prohibetur esse procurator multis modis vel multis de causis. ut si est mulier. miles. excommunicatus. vel irregularis. puer vel rusticus. ut dicitur in versibus Rusticus nec miles. Auditor est cui aliquis certus articulus audiendus vel examinandus a iudice committitur. ut in receptione testium. Et hoc de personis que debent sistere in iudicio. que dicta sufficiant.

Sequitur de ordine et processu iudicij

Eius citari debet

Et a iudice. et eo veniente ad iudicium libellus offeratur ab actore. qui oblato iudicem deliberandi dant ipsi reo. in quibus deliberare debet an velit pretere vel liti cedere. Finitis iudicibus reus venire debet ad iudicium. Et si ei non prestant exceptiones pro quibus possit declinare. id est effugere iudicium. Respondere teneatur actori super petitione sua affirmando vel

Processus iudicii

negando illud qd actor extra eum pponit si ue pponit. Et ista affirmatio vel negatio de litis contestatio. lite contestata. pstandu est iuramentu calumnie a partibus. Quo pfito partes. i. actor et re interrogant a iudice sup causa principali. Deinde partes debet pdu cere testes et instrumenta. ad pbandu inten tionem suam. post hoc publicanda sunt dicta testiū in iudicio pntibus ptrib sup quib di ctis disputat. Quib publicatis et instrumē tis adhibitis ab vtraqz ptiū et allegationib factis ab advocat ptiū seu etiam ab ipsis p tibus. iudex debet motū animi sui informa re fm dicta testiū et instrumentoz fm ratōes advocator et allegationes. Deind iudex cū inspererit aut discussit merita cause plēis sime debet ipm negociū terminare p senten tiā diffinitivā. His oib pmissis cū iudex fuerit sufficienter instruct de meritis cause descendere debet cām p sniam diffinitivam vt supra A. q si iniq aut iniusta fuerit pote rit iudicat appellare. **Predictus processus in his habetur versibz.**
 Primo reum citat post hoc ferē illi liber.
 Inducie dant post hoc de reqz petita
 Lis testatur sequitur calūnia partis.
 Querunt testes ac instrumenta sequunt
 Producti manifestant super his placitef.
 Diffinitiva post hec sententia def.
 Que mala si fuerit dat appellatio parti.

De citatione.

Primo videndu

P est de citatione. Nā citatio est vo catio rei ad iudiciū. Et est pncipi um cause. ita q post ipsam cā dr incepta fm ius canonicū. Cū si iudex citet aliquē et ille citat pēdente citatione trās fert se ad aliā iu risdictionē. i. ad iudiciū alteri iudicis Iste nō pōt declinare iudiciū pmi iudicis. qz pre uent est citatione. Notandū q citatio de bet fieri tribz edictis quoz qlibet reus voca taf. vt respōdeat. vl qd meli ex cā potest fie ri vna pemptoria. ita q reus pmo pempto rie ppareat vl rūdeat. Notandū est q iudex delegatus a papa vel a legato citat aliquēz pemptoria citatiōe. citatiōi debet iserere au tenticiū dñi pape vl legati in ppria forma ip sius. hoc mō. **H.** dei grā decanus maioris ecclie Leodiē. iudex a dño papa delegat tali sacerdoti Salutē in dño lras dñi pape recepimus in hac forma. Alexander episco

pus seruus seruoz dei dilecto filio decano talis ecclie Salutem et aplicam bñdictōez Sua nobis **H.** de tali loco querela mōstra uit q **H.** de tali loco et quidam alij canonici et laici talis ciuitatis in qdam summa pecu nie vel possessione et alijs rebz iniuriat eidē. id est sup certis debitis. Ideoqz discretioni tue p scripturā aplicā mādamus quatenus ptribus pnotatis audias causam et appella tione remora suo debito sine descidas eāqz decisione facias et discernes p cēsura ecclies asticam firmiter obseruare Testes ho si qui intermiati. i. citati se grā. odio. vl amore vel timore subtraxerint censura simili cogas ve ritati testimoniū phibere. Datū zc. **D.** ergo mādari a pontolici auctoritate in hac p te nobis delegata in virtute sancte obedien tie districte pncipiando mandamus. qtenus dictum **H.** et socios ad nostraz pemptorie citef pntiā. vt ptiā feria quarta p festū **B.** corā nob in tali loco cōpareat **A.** et **B.** ciui bus legitime responsurus.

De ferijs in quib non habentur iudicia.

Ost hoc videndu est q iudex nō de p bet aliquēz citare tpe feriato. Sunc aut triplices ferie. scz solennes. rusti ce et repentine. Solēnes sunt q introducte sunt ob reuerētiā dei et scōz. vt sunt dies fe sti qd pplus solet celebrare. In his ferijs nō valet citatio facta a iudice. nec pcessus iudi cij facit vl' habit. nec snia lata. vt si iudex ci taret vl' sniaz ferret in his ferijs saltē nisi fu erit de consensu ptiū. Rustice ferie sunt q itro ducte sunt ppter necessitatem hominū. vt tē pus messium vel vindemiariū. et tunc quie scere debet strepit iudicij. iudex tñ pōt cita re si de consensu ptiū fuerit. et etiā pcedere in cā in ferijs rusticis. Repentine ferie vo cant quos aliqō pnceps itroduxit. ppter diē natiniratis filie vl' sui. vt quia tūc triūpha uit cum inimicis suis et obtinuit victoriam. Et hec ferie non sunt in vsu.

Eus citat aut ppet. aut nō Siñ cō/ r paret et cōtumaciē se absentat excōi cād' epp' pumaciā. Iudex at q euz excōicat sic scribit. **B.** di grā decan' tal' loci iudex vnic' a pap' pstitur' p' bitero talis loci Salutē in dño. Qm **B.** miles v' parrochi anns citatus est corā nobis ad instantiā **H.** ciues mōasteriē. auctoritate p'signita quem cū nec p se nec p aliū die pfito sibi p'pere cu rauerit p'umacē reputauis. et p' p'umaciā

Exceptio peremptoria

excōcauimus. Quapropter mandam⁹ vo/
bis q̄tenus ip̄m singulis dieb⁹ dñicis ⁊ festi
uitatib⁹ in ecclia v̄ra publice nūcietis. Da/
tū. 22. Si q̄o citat⁹ p̄paret si p̄petūt sibi exce
ptiones pōt excipe. Unde videndū q̄d sit ex
ceptio. Exceptio est actoris exclusio. et est q̄
dam defensio p̄ quam reus intēdit se defen
dere. Et q̄dam est dilatoria. q̄dam p̄pro
ria. Dilatoria d̄r. q̄ p̄ eam differit ⁊ impeditur
causa. ⁊ q̄nq̄ ponit⁹ iudicē. q̄nq̄ p̄tra suaz
iurisdictionē. q̄nq̄ p̄tra actorē ⁊ p̄curatorē
actoris. q̄nq̄ p̄ tēpus q̄ aliq̄s citat⁹ ē. Cō
tra iudicē sic excipit reus dicēs. Nō potest
esse iudex meus. estis seruillus ⁊ ditiōis. v̄l in
famis. vel excōicat⁹. vel suspect⁹ mihi ex cer
ta rōne eo q̄ estis inimic⁹ meus. v̄l sangui
neus aduersarij mei. sic sup̄ dictū est. Cō
tra actorē sic excipiat reus dicēs. Vos n̄ po
testis esse actor cōtra me. q̄ estis excōicatus
ergo nō habetis p̄sonā stādī in iudicio. Eo
mō excipiat reus p̄tra p̄curatorē actoris q̄
sit excōicatus. Cōtra iurisdictionē iudicis
sic excipiat reus. Non potestis me citare. q̄
nō sum de foro vestro. Ego em̄ sum de dio
cesesi mogūtiū. vos de dioce. colonien̄. Hec
exceptio valet p̄tra iudicem ordinariū. s̄z nō
p̄tra iudicē delegatū q̄ est delegatus pape. q̄
ille p̄t citare ex aliena diocesi. Cōtra tēp⁹ sic
excipit q̄ tpe citat⁹ sum non potui iure citari
q̄ fertatum fuit. vnde peto q̄ demnet⁹ par
tem aduersam in expensis

Exceptio pemptoria.

Exceptio pemptoria exce

p̄ptio est q̄ pbata pimit cāz ⁊ inten
tionē actoris. Verbi gr̄a. vt si re⁹
dicat p̄ actorē. Tu petis a me marcas q̄s te
nebar. sed iniuste iure mecū pactū de nō pe
tēdo. i. q̄ nō peteres a me debitū. Hoc facto
reus soluit ab instātia iudicij ⁊ actori ipona
tur silentiū p̄petuū illi⁹ cause. S̄z reo cita
to veniēte ad iudiciū si nō p̄petāt ei exceptō
nes p̄dicte r̄ndere tenet actori. s̄z p̄us certifi
candū est sup̄ q̄ ipetit ab actorē. v̄nō offerri
d̄z ei libell⁹ in q̄ certificād⁹ est. vt dicē canō ⁊
decretū offerat ei libell⁹ q̄ ad iudiciū ē voca
tus. xxi. dierū gaudeat iducijs in q̄b⁹ delibe
rat se v̄trū velit p̄cedere an liti cedere. U
dēdū est igit⁹ q̄d sit libellus ⁊ quō sit formā
dus. v̄n aliis est libell⁹ eccliaistic⁹ q̄ datur in
criminalib⁹ causis. ali⁹ p̄uētualis. ⁊ est sc̄ptu
ra p̄tinens p̄sonā iudicis rei ⁊ actoris. ⁊ rē q̄

petit ⁊ cām petēdi. Formant em̄ sic Dñerē:
Ego ciuis tal' p̄pono i genere q̄ tradidi dño
B. militi. de tali loco. xx. marcas puri argēti
q̄l mihi soluere p̄misit p̄rio festo pasce tras
acto. q̄d adhuc nō fecit. vnde peto q̄ten⁹ ip̄
sum ad soluendū dictā pecuniā cōpellat⁹ p̄
vestrā diffinitiuā. hoc tñ saluo iuris bñficō
addendi. minuēdi. mutādi. declarandi. p̄ro
stor etiā expēsas meas mihi esse soluēdas fa
ctas in lite ⁊ extra lite ⁊ adhuc faciēdas. Et
nota q̄ libell⁹ p̄uētualis d̄r. q̄ p̄ ip̄m re⁹ cō
uenit ab actorē. ⁊ d̄z hūc libellū actor offer
re iudici ⁊ iudex offerat ip̄m reo. quo obla
to iudex dabit reo inducias deliberādi. In
q̄b⁹ se deliberet an velit p̄cedere. an liti ce
dere. Et nota q̄ libellus n̄ debet esse obscu
rus. Si em̄ obscurus fuerit reus petet sibi
declarari. Verbi gr̄a. Si petat actor a reo.
xx. marcas. petat sibi declarari. cuius mone
te fuerint. Itē si petat actor agz v̄l vineā. re
us faciat sibi declarari q̄s sit talis ager. vel
vbi sit⁹ est. 22. Notandū est q̄ cā petēdi q̄
re talem rē petat actor exp̄mēda est vt p̄dī
ctū est Ideo q̄ntācunq̄ rē actor petat a reo
ipse debet exp̄mēre cām quare eā petat. ver
bi gr̄a. Dñe iudex ego B. talis ciuis antesi
gnat' p̄pono coram vobis q̄ A. miles tal' q̄n
dam agrū in tali loco situm violenter occu
pat vel detinet q̄ iure hereditario vel titulo
emptiōis ad me spectat. quare peto q̄tenus
p̄dictum A. ad restitutionē p̄dicti agri cum
fructibus inde receptis cōpellatis. In b̄ li
bello exp̄mēt causa petendi. cum d̄r. q̄ iure
hereditario vel emptionis titulo ad me spe
ctat. Et hec de libello cōuentionali in iudi
cis dicta sufficiunt.

Litis contestatio.

In iudicis inducijs de

f̄ liberādi p̄tes. i. actor ⁊ re⁹ ad iudi
ciū redeunt. ⁊ re⁹ r̄ndet libello di
cēs sic. Dñe iudex fm q̄ actor petit a me vel
p̄pōit p̄ me. nego ita eē v̄l p̄fito: ita eē. h̄mōi
negatio l' affirmatio ipsi⁹ rei vocat⁹ lit⁹. p̄test.
Uñ lit⁹ cōtest. sic describit⁹ Est p̄ncipiū p̄n
cipal' negocij. i. cāe ad suū iudicē h̄cīde sc̄ā
narratio. Fit em̄ lit⁹ cōtestatio p̄ narratōes
actoris p̄positā v̄l obiectā. v̄n si actor dicat⁹
p̄ cōtradictōes rei oppositā ad reum. Tu te
neris mihi decē marcas. ⁊ re⁹ dicit. nō tene
or. p̄ hec s̄ba lis cōtestat. Et nota q̄ oēs di
latorie exceptōes ⁊ p̄cipue iudicis recusatō

De iuramento calumnie

debet pponi a reo añ lit. ptest. post lit. ptest. non audif. Nec pnt pponi. qz lit. ptest. videt in eū p̄sensisse. Unde si reus vult excipe cōtra actorē vel pcuratorē actoris z contra re scriptū ei. i. s̄ lras papales vel alias lras q̄l cupqz. hoc debet facere añ lit. ptest. Et maxime in p̄ncipio litis statim debet excipe cōtra psonā iudicis si sibi suspectus ē. z debet recusare ip̄m taliter tanq̄ sibi suspectus añ lit. ptesta. postea nō potest nisi cā actoris ip̄ suis p̄us sit finita. vñd qñ actor reo offert libellū ad cōueniendū eum. reus si vult ip̄m actorē recōuenire potest. z debet etiaz libellum offerre actori ad recōueniendū eum

De iuramento calumnie.

Ite cōtestata ac

tor z reus statim iurare debent d calūnia. z h̄ vocat iuramentū calūnie. cum q̄s iurat q̄ bona fide et sine dolo agat z respōdeat. z si est actor agat. z si est reus respōdeat. Et est calūnia falsa petitio v̄l actio. Et inde d̄r iuramentū calūnie z subaudit̄ vitandū Sensus eī est iuramentuz calūnie vitande scz. qz p̄tes debēt vitare calūniā. i. iniustā accusationē v̄l actionē. vt dictū est. hoc iuramentū immediate prestari debet post lit. ptest. Et forma huius iuramenti si est actor iurabit vt credat se habere iustaz actionē. s̄l̄ r̄. Itē iurabit vterqz vt interrogatus a iudice nō negabit dicere ver. nec vt def̄ sciēter falsa p̄batio. nec petat falsā dilationē. nec friuolā. i. inducias p̄ eo vt cā dilatef. Item iurabit vterqz. id est actor z reus q̄ nec dedit nec dabit nec pmittit nec p̄mittit aliqd vt ferat sentētia p̄ eo. et sic iurando ponat manū suā supra librū. Nec forma iurandi de calūnia in his versibz continetur.

Illud iuretur q̄ lis sibi iusta videt.

Et si queratur verum nō inficiet.

Nil pmittetur nec falsa p̄batio detur.

Ut lis tardetur dilatio nulla petat

Si h̄o actor iurare noluerit hoc iuramento pena erit q̄ cadit a cā. id est nō possit agere. Pena h̄o rei nolētis iurare est vt p̄ cōfesso habeat. i. reputet ita reus ac si confessus esset. Hoc iuramentū ideo est inuentum vt hoies h̄ iuranti metu n̄ facilr iurēt nisi credant se iustam habere causaz. Postq̄z prestatū est iuramentū calūnie a partibus vt dictū est. interrogande sunt partes. z debēt a duocati p̄nū ferre illas interrogatiōes. s̄bi gr̄a.

Aduocat̄ actoris rogabit iudicem q̄ interroget q̄ iure reo possideat agrū talē v̄l vineā. si reo r̄nderet q̄ iure hereditario. interroget v̄lteri. q̄s ille fuit cui successit in tali re tanq̄ heres. Itē si reus r̄ndeat q̄ titulo emptōis res possideat. interroget a q̄ emit z p̄ q̄nto p̄cio et vbi z corā q̄bz z p̄ q̄ moneta. Et oēs respōsiones scribēde sunt ab aduocato actoris. s̄l̄ r̄ aduocat̄ rei dicat iudici q̄ interroget actorē q̄ iure petat re a reo. si tūc actor r̄ndeat q̄ titulo emptōis v̄l donationis talē petat. s̄l̄ r̄ interroget a q̄. z breuiter q̄cqd r̄ndeat actor ad interrogata rei scribendū est ab aduocato rei. vñ si qd tūc reo p̄fessus fuerit i iudicio qd est p̄tra seip̄m p̄ cōuicto habeat. si h̄o reo negauerit qd actor affirmat. actori p̄ueit p̄batio. i. p̄bare debet q̄ ita sit vt dixit

Ut alicui noceat sua p̄fessio multa sunt necessaria. vt patet in his metris.

Maioz. sponte. sciēs. s̄ se. ius sit. z hostis

Certū. nec nafa. fauoz. lis. ius ne repugnet.

Dicit̄ maioz. quia si aliq̄s iura. xv. annos p̄fessus fuerit p̄tra seip̄m nō sibi p̄iudicat. Dicit̄ sp̄ote. qz p̄fessio p̄ metu extorta nō nocet. nihil eī r̄atū esse potest qd metu extorq̄tur. Dicit̄ sciēs. qz si aliq̄s fuerit p̄fessus p̄ errore contra se z p̄obet se errasse nō nocet ei. Contra se d̄r. quia creditur t̄m alicui cōfidenti p̄tra seip̄m sed nō p̄ seip̄so. Jus fit ideo. quia p̄fessio facta in iure. i. in iudicio coraz suo iudice nocet nō extra iudiciū Hostis ideo dicitur. quia absente hoste. id ē aduersario vel pcuratore suo si fiat confessio n̄ nocet cōfidenti. Certum ideo d̄r. q̄a si ille q̄ p̄fitef nō dat certā r̄nsionē sed incertā z obsecuram de aliq̄ re. nō valet cōfessio. Natura ideo d̄r. qz si petat aliq̄s aliqd qd est contra naturā nō nocet. verbi gratia. Si aliq̄s dicat esse illū filium illius qui est senior eo. v̄l dicat istū esse suum suū q̄ p̄ biēniū fuit mortuus. Fauoz d̄r ideo quia si aliquis nobilis est liber p̄ errore suū z simplicitatē suā cōfiteat se esse seruū nō nocet ei dum p̄bat contrariū. z hoc in fauore libertat̄. qz libertas ē res valde fauorabilis. Lis ideo dicitur. q̄a si aliquis confitef super aliqua re de qua n̄ est lis. nō nocet ei p̄fessio. verbi gr̄a. Tu petis a me agz. ego dico. domus mea non est. hec mea confessio non nocet. Jus ne repugnat d̄r. quia ius non patit q̄ iudeus habeat seruū christianū vel christianam ancillaz vel sup̄ eis aliqd cōfiteat. Nota q̄ iste inter/

Species presumptionis

rogationes non semper solent fieri nec ubi/ q; locorum. sed sepius p̄mittuntur ab aduo/ catis.

Redictū est qd sit iuris quando re/ us in iudicio confitetur. Cōsequen/ ter videndū est quid sit quando re/ us negat qd actor pponit cōtra eum. Verbi/ gratia. Si actor petit agrum quem scit esse/ suum et reus negat ipsum esse actoris. acto/ ri incumbit probatio. Unde pbatio est ratō/ rei dubie faciens fidem p argumentū cū iu/ ramento.

Sex sunt spēs probatiōis.

Ex euidentiāz fa

Pcti. vt si clericus hz pueros in domo/ pbatur p euidentiā facti de incō/ tinentia. Per aspectum corporis probat ali/ quid. vt si aliqua dicat se corruptam a viro/ per vim. z mulieres p aspectum illius iſtru/ menti pbāt eam esse virginē. Per famā pba/ tur aliquid. cum fama oim vicinorū de aliq; re concordat. Per p̄sumptionem pbatur ali/ quid qñ vehemēter aliquid p̄sumitur v̄pu/ ta. si videt solus cum sola. nudus cum nuda/ p̄sumitur q; eam cognouit carnaliter. Et il/ la spēs subdividit postea. Per iuramēti di/ lationem. quādo vna pars aliq; defert vt iu/ ret aliqd q; ita sit vel q; non ita sit. Per testes/ aliquid pbat. z hec pbatio maxime valet/ Et nota q; oēs p̄nt esse testes. exceptis q̄bus/ dā q; phibent. vt seruus. mulier. iunior. xiiij/ annis. indiscretus. fatuus. paup; inhonestus/ ifamis. hereticus. sarracenus. iudeus. sanguine/ us. Isti inter se z p se testificare nō p̄nt. Itēz/ serui z ancille z familiares nō possunt testi/ ficare p dñis suis. z laic⁹ p̄tra clericos. Dec/ omnia habita sunt supra.

Dulce sunt species p̄sumptionis.

Resumptio teme

Praria insufficiens est z repellit a iu/ dice. nec debet mouere animum/ iudicis. Verbi gratia Si virum videro cū/ muliere loquentem. z si p̄sumo q; de coi/ tu scz. si sic p̄sumo. p̄suptio talis temeraria ē/ Probabilis p̄sumptiōis est vn⁹ modus qui/ surgit ex suspitōe v̄l fama. s; iudex nō debet/ eā seq. ita q; pbabiliter ipam ferret p̄tra ali/ quē. Violenta p̄sumptio que surgit ex reb; v̄eresimilib; . Verbi grā Si creditor reddit/ alicui pignora sua credit q; ipse creditor fuit

solutus de pecunia sibi d̄bita. Et illa p̄sum/ ptio inducit iudicē ad sententiādū nisi p̄bet/ p̄trariū illius p̄sumptionis. Necessaria p̄e/ sumptio. vt si mulier aliqua sponte cobabi/ tat alicui viro. z post dicit q; inuita hupserit/ ei. p̄sumitur q; in eum p̄senserit. De p̄simi/ lib; idem est iudicium.

Is visis Notandū q; in qualibet cā/ duo testes idonei sufficiunt. q; in cūa/ gelio d; . In ore duoz vel triū stabit/ oē testimoniū. Un̄ testimoniū vnus nō va/ let in cā. Et nota q; testes nō sunt introducē/ di in iudiciū nisi post lit. z test. Itēz testes de/ bent iurare als nō credit eis. Et talis erit/ forma iurādi. scz q; isti testes dicant verita/ tem. et nullā inēponāt falsitatē de oī q̄stione/ sup qua interrogent quotiēs interrogati fu/ erint a iudice. z q; iurent vt ferant testimoni/ um nō p aliq; p̄cio. amicitia. odio vel aliq; lu/ cro qd habuerūt vel habituri sunt. Postq; iurauerūt sic testes iudex ducat eos in locū/ secretū. et examinabit eos singulos siml. v̄l/ quēlibet p se. ita q; vn⁹ nō audiat alium. z q; singuloz respōsiōes scribant. Iudex autē in/ terrogabit singulos testes interfuisse tali lo/ co facti. z si ille dicit q; sic. interrogādus ē al/ ter silr. z v̄terius interrogādus est in q; loco/ z in q; die z in q; pte anni. z q̄t anni transacti/ Itē corā q̄bo hoc factū sit. De his z alijs cir/ cūstantijs interrogabit eos iudex. Itē sic/ scribunt dicta testiū. V. sic interrogat sup/ cā que inter tales ferē iuratus sic r̄ndit. q; B/ emit talē rem ab H. pro decem marcis talis/ monete. z tres anni sūt elapsi q; emit. z q; eo/ rū duo. scz B. z H. interfuerint. interrogat/ in q; loco. in tali loco dicit. interrogat. q; ho/ ra diei. dicit. circa meridiem. Interrogatus/ si ipse interfuerit. dicit q; sic. z de alijs circū/ stantijs potest querere iudex si voluerit. Et/ silr interrogādus est secūd⁹ test; z ali; si sint/ plures. Et quicquid vnusquisq; dixerit scri/ bendum est. vt de primo dixim⁹. Dictis te/ stium sic script; iudex debet p̄figere termi/ num ad publicandum vel manifestandum/ dicta testiū. quo die adueniente publica/ tur dicta testiū in iudicio v̄traq; parte pre/ sente. quia regula est q; publicationes testiū/ debent fieri v̄traq; parte presente. Factis/ illis publicationibus testiū siue coruz di/ ctis recitatis in iudicio petat actor aut ad/ uocatus eius iudicē vt sibi copia detur atte/ stationū. i. testimoniū. petat etiā aduocat⁹

De instrumento

rei vel ipse reus q̄ iudex p̄figat ei terminuz
ad excipiendū p̄tra p̄sonas z dicta testiuz s̄
ip̄m p̄ductorū Quo die siue termino p̄firo
sibi ad excipiendū. reus accedat ad iudiciū
z excipiat p̄tra p̄sonas z dicta testiū dicens
Dñe iudex dico q̄ talis nō pōt esse testis. q̄a
pater v̄l frater ei⁹ est filius fratris actoris. vel
est m̄lier v̄l r̄ciosus siue infamis simonia/
cus. latro v̄l fur. homicida v̄l piur⁹. Et hu
iusmodi exceptiones dicuntur exceptiones p̄so/
nales. q̄ ab̄h̄ciūt p̄sonas testiū. Itē minor
cūq̄. annis nō admittit̄ i causis civilibz. Et
minor. xx. annis in criminalibz non admittit̄
Itē p̄ sanguinei z domestici nō admittit̄
S̄z in nō criminalibz z nō m̄rimonialibz bñ
admittunt parentes. filij. sorozes Itē nō ad
mittunt testes in lupanari. vel i alio loco su
specto. Nec etiā in tpe feriato. de isto etiā in
p̄ncipio h̄p̄mi lateri. Excipiat sic re⁹ v̄l ad/
uocat⁹ rei p̄tradicta dicta testiū dicēdo. Do
mine iudex dico testimoniū testis illi⁹ n̄ va
lere. p̄p̄ diuersitatē loci z t̄pis. q̄ vn⁹ dicit q̄
mō in ecclia actū sit. al̄ in foro. Itē vn⁹ di/
cit q̄ in die dñico. alter q̄ in die feriato. q̄re
dico testimoniū nō valere. p̄p̄ diuersitatez
t̄pis z loci. Cū ḡ actor nō probat intentōez
suā p̄ testes q̄s induxit. p̄ se. Peto ḡ q̄ ab im
petitione ipsi⁹ absoluet̄ me. eidē p̄petuū si/
lentū imponēdo eundem mihi in expensis
cōdemnādo.

De instrumento.

Equitur de spe

cie probatiōis q̄ fit p̄ instrumēta.

et de exceptōibz p̄tra instrumēta.

Instrumentū est scriptum ad alicui⁹ rei p̄/
bationē factum. z dictum est instrumentuz
q̄ instruit Instrumentoz due sunt species
Aliud publicū. Aliud puatū. Publicū qd̄
publicam h̄z autoritatē. Et sunt plures ei⁹
species. Uno modo d̄r publicū. q̄ p̄ manū
publicam est scriptū. i. per manū tabelliois
id est publici notarij. Secundo dicit̄ pub/
licum quod est sigillatū sigillo autētico. sc̄z
sigillo capituli vel episcopi. vel alicui⁹ per/
sone magne. Tercio dicitur publicū qd̄ au
toritate iudicis autēticatū est. vel quod in
iudicio scribit̄ vel scriptū est. Quarto dicit̄
publicū quod habet subscriptionē duozuz
vel triū testiū idoneoz viuentium. Quinto
d̄r publicū qd̄ de publico armario vn̄uer/
sitatis producit̄. sicut liber censualis in q̄ cē

sus z reddit⁹ scribit̄. zc̄. Priuatū instrumētū
ē qd̄ aliq̄s facit sibi scribi v̄l aliq̄ v̄l sibi z aliq̄
simul. Et nota q̄ si v̄traq̄ ps habet aliq̄d i
strumentū p̄ quod pbare aliq̄d intendit de
bet illud exhibere añ publicationē testiū.
Et si vna pars voluerit transscribere instru
mentum v̄l inspicere priuilegium alterius
partis. datur ei copia transscribendi vel re/
scribendi. postq̄ reddat ab aduersaria p̄te
parti cuius est.

De exceptione contra instrumentum.

Orandū q̄ multis modis cōtra in
strumentum excipitur. scilic̄ cōtra
stilum filum z bullam. Et hoc ma/
xime habet fieri in literis papalibz. Un̄. Li
tera. bulla. stilus. manus altera. rasio. filum
Nec faciunt scriptum domini pape irrituz
Item si rasura est in loco vel in aliqua par
te. non valet. Rasura enim nocitura est su/
specta.

Quicquam publi

cata sunt dicta testiū in iudicio z
instrumenta exhibita v̄traq̄z par/
ti ad inspiciendū seu transscribendū cōces/
sa. Et postq̄z obligationes facte sunt ab ad
uocatis partium seu ab ipsis partibus. iu
dex debet motum v̄l motiūm animi infer
re fm̄ dicta testiū z instrumentoz. Et maxi
me fm̄ allegatōez z rationes aduocatozuz.
Deinde iudex cū inspexerit z discussit me
rita cause plenissime debet ipsum negociuz
terminare per sententiā diffinitiuā. Sentē
tia ergo diffinitiuā est iudicial' diffinitio si/
ue disputatio que cōtrouersijs licitū finē i/
pōit pronūciatiōe iudicis cōdemnationem
vel absolutionem rei continens.

Sententie iudicialis due sunt species.
Interlocutoria. et est semiplena sententia
que profertur inter p̄ncipium et finē cau
se. non super p̄ncipali negotio sed super e/
mergentibus vel emergenti vel interciden
tibus quibusdam questionibz. vt super li/
bello offerendo vel dādo vel corrigēdo vel
negando.

Diffinitiuā sentētia est que primū nego/
ciū terminat p̄tinens absolutionē vel dāna
tionē. Item nota q̄ sententia ferenda est
a suo iudice. quia si nō a suo iudice nō tenet
Nota q̄ iudex sedendo z non stādo v̄l in lo
co p̄suetū vbi sedere debet tempore iudicij

De appellatione

debet ferre sententiã iudicialẽ vel in aliquo honesto. Et non in lupanari vel coqna. Et debet eam ferre vtraq; pte p̄sente vel vna pte altera per p̄tumaciã absente. Nota q̄ sententiã iudicialis in scriptis redigenda est et referenda. al̄s non potest habere nomẽ sententię nec est sententiã. et sic format in scriptis. Ego B. decan^{us} moguntin^{us}. ecclie talis iudex in cã q̄ vertit in B. ex vna pte. et R. ex altera. sup tali vinea obligationib; audis h̄c inde p̄positis et examinatis ad plenũ predicte cause meritis de prudentũ viroz p̄silio B. absoluo ad instantiã. E. eidem L. perpetuum silentiũ imponedo sup vinea tali codẽnando. et ipsum p̄dictuz L. auctoritate iudiciali in expensis quas fecerit B. vel intra litem vel extra litẽ sententiã lata est in tali anno etc.

De appellatione.

Appellatio est pro

uocatio facta a minore iudice ad maiorem iudicẽ de iniq̄ sententiã vel iniq̄o ḡuamine. Si em̄ iudex iniq̄ sententiã vel grauat contra aliquã ptem tunc illa pars grauata debet appellare iudicẽ sup tali sententiã in grauante. et semp a minore ad maiorem et nõ ecõuerso. Et nota q̄ ḡ datim appelladũ est. vt d̄ episcopo ad archiepiscopum metropolitanũ. de quo ad legatum pape. de legato ad papaz. sed omni medio omisso immediate a quolibet iudice ad papam appellari p̄õr. Item nota q̄ a die late sententię. id est in qua lata est sententiã a iudice infra deces dies est appelladũ. et post decem dies nemo audis appellas. Item q̄ appellat debet appellatiõem suã p̄sequi infra annũ. nisi iusta causa vel impedimentũ impediãt eũ. scz infirmitas vel captiuitas. Inducie em̄ sunt tũc appellanti p̄ bienniu; etc. Item in scriptis est appellandũ sub hac forma. Ego B. sentiens me grauatum a vestra sententiã dñe decane sancti Stephani moguntinensis dioceſ quã p̄tra me tulistis prope sup tali vinea ad sedem ap̄licam appello. et in his scriptis apostolos peto. Nota apostoli dicunt litere dimissorie. et que formantur sub tali tenore. Sanctissimo patri ac dño. dño suo sacrosancte romane sedis summo pontifici B. humilis decanus sancti Stephani moguntinens. licet indignus. cum de-

bita reuerentia filialem in oĩb; subiectione. sanctitati vestre notũ facio q̄ cleric^{us} presertim exhibitor a sententiã mea quã p̄tra me ipsum tuli pro P. cine moguntinens. supra vinea p̄ qua lis inter ip̄os p̄tebat corã me appellauit. et ideo dictum P. a iudicio meo dimissum et absolutũ ad vestre sanctitatis examen literis p̄sentib; trãsmitto. Et nota q̄ ad iudicem spectat quo appellatum est vt p̄firmet sententiã vel corriget etc.

Finis huius tractatuli.

Una introductio procuratiõis.

Im citatõ fuda

mentũ sit ordinis iudiciarij Sciã q̄ alia est citatio iudicis ordinarij. et alia iudicis delegati. Unde adueniente termino citatiõis iudicis delegati. procurator rei corã eo p̄pareat sic dicẽs Ego procurator et procurator noie A. añ oĩa p̄stoz q̄ i vos venerabile virũ etc. tanq̄ in p̄petentẽ iudicem. aut etiã in vestrã p̄fẽsam iurisdictionẽ nõ p̄sentio neq; p̄sentire intẽdo quouis mō nisi inq̄stũ ad hoc de iure astrigor. Et si vos dñe venerabilis etc. vtiq; habere p̄dẽtis aliquã iurisdictionẽ et p̄missionẽ. tũc ego peto noie procuratorio q̄ sup hmõi p̄missionis et iurisdictionis copiã mibi fieri et terminũ p̄petentẽ ad dicendũ p̄tra statui atq; dari. alias ego p̄stoz de grauante et appellado etc. Sed adueniente termino citatiõis iudicis ordinarij p̄cura. A. actoris dicat sic. Ego procurator et eo noie B. actoris accuso p̄tuma ciã p̄tis aduerse nõ p̄paretis petẽs eam p̄tuma cẽ reputari et mibi vltiores p̄cessus decerni. Ex aduerso procurator rei dicat sic. Ego procurator et eo noie B. peto mibi dari cãm i scriptis siue summaria in hac causa impetitionẽ. vñ tũc iudex statuat A. actori terminũ ad bellandũ. Adueniente hmõi termino procurator actoris dicat sic. Ego procurator A. noie actoris ad satisfaciẽdũ hmõi diei tmino. hũc exhibeo et pduco libellũ petens p̄tem aduersam cogi ad rindẽdũ eodez libello oblato. Ex aduerso procurator rei et B. dicat. Ego procurator ipsius B. peto mibi decerni copiã libelli oblati et etiã terminũ p̄petentẽ statui ad excipiẽduz vbo vel in scriptis fm q̄ mibi p̄petierit. Unde domi^{us} officialis decernat copiã et terminum statuat ad excipiẽdũ vicz terminũ iuris. vel al̄s ad voluntatem p̄tium. Isto termino

Introducō procuratoris

adueniente pcurator rei dicat sic. Ego pcurator ipsi⁹ B. rei ad satis faciendū hmōi deō termino pduco has exceptōes 5 libellū ipsi⁹ A. actoris oblatū. petēs z ptestās put p tunc tur i eisdem. Ex aduerso pcurator dicat sic. Ego pcurator actoris A. peto hmōi exceptiōnū mibi decerni copiā z terminū ad dicēdū ptra pfigi z assignari. Et ex post dñs iudex decernat copiā z terminū statuat ad dicēdū ptra siue replicandū. Adueniēte tmi no pcurator actoris sic dicat. Ego pcurator ipsius A. actoris ad satis faciendū termino pduco has replicatiōes ptra exceptōes p pte rei pductas. petens put p tunc in eisdem. Ex aduerso pcurator rei dicat. Ego pcurator ipsius B. rei peto mibi decerni copiā hmōi replicatiōis z terminū ad duplicandū pfigi assignari. Illo termino adueniente pcurator ipsi⁹ rei si sibi placet pōt petere vt dñs iudex interloquat sup hincide pduct. Sin aut tunc pcurator rei dicat sic. Ego pcurator ipsius B. rei ad satis faciendū hmōi termino exhibeo hmōi duplicatiōes petēs z allegās vt p tunc in eisdem. Ex aduerso pcurator actoris dicat sic. Ego pcurator z eo nomine ipsi⁹ A. actoris peto copiā hmōi duplicatiōis mibi decerni z terminū statui ad dicēdū ptra siue ad triplicandū. Adueniente hmōi termino pcurator ipsi⁹ A. actoris sic dicat. Ego pcurator actoris ad satis faciendū termino pduco replicatiōes ptra duplicatiōes ipsi⁹ rei ptestās z allegās prout cōtinet in eisdem. Ex aduerso procurator rei sic dicat. Ego procurator B. rei peto copiā triplicatiōis ptra hmōi mibi decerni et terminū assignari ad quadruplicandū pbo vel inscripsim q mibi ppetierit. Termino isto adueniente procurator B. rei sic dicat Ego procurator z eo noie ipsi⁹ B. rei produco hmōi qdruplicatiōes ptra pte aduersaz petēs z ptestans prout in eis p tunc. Ex aduerso procurator actoris dicat sic. Ego procurator ipsi⁹ A. actoris peto p vos dñm iudicē sup deductis in iudicio interloq. z iudex tūc statuat terminū p tunc ad audiendū voluntatē suam. Isto termino adueniēte. si iudex interloquendo pronūciauerit libello oblato ab actore p reū fore rñdendū. Tūc si procurator rei vult appellare statim ptestabit de grauiamine appellādo. Et debet infra decē dies tali sententia prolata appellare. sed si nō voluerit appellare, tūc idē procurator rei rñdē

do libello dicat sic Ego procurator ipsi⁹ B. rei dico petita i libello z narrata prout narrant pta esse aīo litē ptestādi affirmatiue. Et sic facta litis ptestatiōe iudex statuat terminū p tunc siue procuratoribus hincide ad iurandū de calūnia vitanda z veritate dicēda cū oibus z singul' capitulis in et sub iuramēto calūnie p tunc. Et pōt iudex statim bene recte hmōi iuramentū a p tunc hincide. Quo iuramēto p fato a p tunc hincide recepto iudex statuit actori seu ei⁹ procuratori terminū ad ponendū z articulandū in causa hmōi. Quo termino adueniēte procurator actoris dicat sic. Ego procurator z eo noie ipsi⁹ A. actoris hmōi produco z exhibeo positiones z articulos petēs partem aduersam cogi ad dicēdū z excipiēdū. qdqd dicere z excipere voluerit ptra positōes z articulos oblatos. necnō ad rñdendū eisdem. Ex aduerso procurator rei sic dicat. Ego procurator ipsi⁹ B. rei peto copiā positionū z articuloz mibi decerni z terminū competentē ad cōtradicendū p tunc z assignari. Adueniente hmōi termino procurator rei sic dicat. Ego procurator ipsius B. rei produco has exceptiones ptra positōes z articulos p tunc aduersē petēs. respōdēs z ptestās prout z quēadmodū p tunc in eisdem. Ex aduerso procurator ipsi⁹ actoris sic dicat Ego procurator ipsi⁹ A. actoris peto mibi decerni copiā pductor z terminū ad p tunc ad assignari. Termino isto adueniēte pcurator actoris sic dicat. Ego pcurator ipsi⁹ A. actoris ad satis faciendū tmi has exhibeo replicatiōes 5 exceptiōes z respōsiōes p tunc aduersē petens put p tunc in eisdem. Ex aduerso pcurator rei si placet petat copiā z terminum ad duplicandū eodē mō vt sup dictū est. vt petat iudicem vt interloq. do p nūciet super admissiōe vt repulsiōe articuloz. Tūc iudex statuat p tunc tmi ad audiēdū voluntatē suā sup admissiōe z repulsiōe articuloz. Et isto termino adueniēte si iudex pronūciauerit articulos fore z esse ad probādū admittēdos zc. procurator rei si viderit se grauitū p tunc dñs d' g' uamiez appellādo. Et infra dies decē a iudice lata appellare. Sin aut tē faciat istā interlocutoriā trāsire i rē iudicatā. Et eodē tmi procurator ipsi⁹ A. actoris petat sibi statui z assignari terminū ad probandū intētiōnē suā pro pma dilatiōe quā iudex sibi dare et assignare d'z infra quā dilatiōe z

Introducio procurationis

procurator actoris citari faciat in certū tem/ pro terminū nōnullos testes de phibēdo te/ stimonū hitati in hmōi cā Et in eundē ter/ minū faciat citari reū seu ei⁹ procuratores ad videndū seu audiendū pducī. recipi. z admī/ ti z iurare nōnullos testes de phibēdo testi/ moniū hitati in cā hmōi. necnō ad dandū et exhibendū interrogatoria fm q̄ ipsos testes examiari z interrogari voluerit q̄ termino ci/ tatōis adueniēte procurator actoris sic dicat Ego procurator ipsi⁹ A. actoris hmōi produ/ co testes petēs eosdē recipi admitti iurare d̄ phibēdo hitati testimoniū i cā hmōi. coldē q̄ examiari. Ex aduerso procurator rei sic di/ cat Ego procurator ipsi⁹ B. rei hec produco i/ terrogatoria iuxta z fm q̄ testes ipos volo ex/ aminari. nihilomin⁹ prestor q̄ sus mihi ma/ neat saluū z illesuz excipiēdi tā⁹ testes q̄⁹ eoz dicta pro locoz tpe oportunis. Item si actor in p̄ma dilatōe suā intentionē plene n̄ pbauerit petat sibi decerni secūdā dilatō/ nem vl̄ tertiā vl̄ q̄rtā. cū solēnitate ad pro/ bandū. z postq̄ actoris testes pducti admī/ si z iurati sunt p iudicē z ei⁹ notariū exami/ ti. tūc actor siue procurator actoris petat si/ bi p̄figi z assignari terminū ad vidēdū z au/ diendū dicta seu testiū attestatiōes in hmōi cā iuratoz receptoz admissoz. examiatozū publicari. ip̄mq̄ reū citari ad idē fiendū vl̄ dicendū cām rōnabilē q̄re hmōi fieri nō de/ beant. J̄to termino adueniēte actor siue ei⁹ procurator sic dicat. Ego procurator ipsi⁹ A. actoris peto p vos dñm iudicē testiū di/ cta sine attestatiōes i hmōi cā receptoz ad/ missoz iuratoz z examiatoz publicari z pro/ publicari haberi. Tūc iudex q̄rat ab eo. an etiā velit p̄tes producere testes sup intentōe sua. Et si dixerit q̄ nō. tūc dicat iudex si etiā renūciat pductiōi vl̄teriori testiū. z si procu/ rator tūc dixerit q̄ sic. notari⁹ cause ponat i actū talē renūciationē testiū. Ex aduerso si procurator rei cāz habuerit rōnabilē q̄re ve/ ro dicta testiū nō sint publicanda illa mox z incōtinēti d̄z corā iudice pponere. si aut̄ nō habuerit hmōi cām sed p̄sentit publicatiōi. tunc iudex dicat notario vt legat dicta testi/ um. vt sic pro publicari habeant. Qua pub/ licatione sic scā procurator rei petat sibi de/ cerni copiā attestatiōnū z terminū p̄petētes p̄figi z assignari ad dicendū tā⁹ dicta z at/ testatiōes testiū q̄ eoz p̄sonas. J̄llo adue/ niente termino procurator reū sic dicat. Ego

procurator ipsi⁹ rei ad satis faciēdū hmōi ter/ mino pduco has exceptiōes p̄ dicta testiūz ac eoz p̄sonas p̄ pte aduersa. pductor petēs z allegās vt p̄tinet in eisde. z ex aduerso pro/ curator actoris sic dicat. Ego procurator ipsi⁹ A. actoris peto copiā productozū mihi de/ cerni z terminū dari ad replicandū fm q̄ mi/ hi p̄petierit. z procedat si placz vt sup exem/ plificatū est. z nūc replicādo nūc duplican/ do zc. Deide procurator actoris petat sibi as/ signari certū terminū ad producēdū oīa z sin/ gla iura z munimēta. l̄ras scripturas p̄uile/ gia z instrumēta sibi in hmōi cā necessaria. ip̄mq̄ reū ad idē. Duo termino adueniēte p/ curator ipsi⁹ A. actoris sic dicat. Ego pro/ curator noīe actoris ad satis faciēdū termi/ no reproducto h̄ singula in hmōi produca/ r̄bo. z si habuerit aliq̄ q̄ nō sunt p̄us produ/ cta illa producat in scriptis. Ex aduerso pro/ curator rei sic dicat. Ego peto mihi dari co/ piā illoz de nouo productoz. z terminū sta/ tuī ad excipiendū siue dicendū p̄bo vl̄ i scri/ ptis p̄ oīa z singla producta in hmōi cā Et p̄t procedi vt supra replicādo. triplicando zc. Etiā p̄t obseruari terminus ad declarā/ dū si fuerit necesse. Deide procurator actoris petat sibi dari terminū ad p̄cludēdū in hmōi cā. Ip̄mq̄ reū ad idē. vl̄ ad dicendūz cām rōnabilē quare in hmōi cā p̄cludi n̄ de/ beat. J̄sto termino adueniēte procurator ac/ toris sic dicat. Ego procurator ipsi⁹ actoris peto in hmōi cā p̄clud. z meē pro p̄cluso ha/ beri. Ex aduerso procurator rei. si quam ha/ buerit cām rōnabilē q̄re i cā hmōi nō fuerit p̄cludēdū. illā p̄ponere d̄z. Et si illam cāz iu/ dex audire recusauerit tē procurator rei pro/ testari d̄z d̄ ḡnamie z appellādo. zc. Sz si p/ curator rei n̄ habuerit cāz rōnabilē hmōi tē iudex p̄t cū ab abo p̄tibz p̄cludere i hmōi cā. z pro p̄cluso h̄re. z ex p̄ iudex assignet p̄tibz h̄cīde terminū ad vidēdū z audiendū sniaz dif/ finitiuā i hmōi cā ferri z promlgari. J̄llo termino adueniēte procurator actoris dicat sic Ego procurator ipsi⁹ A. actoris p̄s aduerse n̄ p̄parēt̄. accuso p̄tumaciā. ip̄mq̄ p̄tuma/ cē peto reputari. z in ei⁹ p̄tumaciā sniaz dif/ finitiuā pro me z p̄te mea z p̄ p̄te aduersam fm formā petitiōis pro me sup̄ oblate i scri/ ptis ferri z promlgari Sed si procurator rei fu/ erit p̄ns p̄t sic dicere. Ego procurator no/ mie ipsi⁹ B. rei prestor de n̄ p̄sentiedo i sen/ tentiā diffinitiuā serēdā. ex eo q̄ cās rōnabi

Defensorium iuris

les. posui et allegant in causa homini. et alias pre-
 stor de gnamie et appellado. etc. vel per procura-
 tor rei sic dicere secundum exigentiam materie. Ego pro-
 curator rei peto sniam diffinitiuam per me et parte
 mea. et per te sibi in homini causa aduersas ex eo quod
 sufficienter probauit suam intentionem in scriptis ferri
 et promulgari. etc. Et sic dominus iudex pronuntiandum
 ferat sniaz diffinitiuam. Si fuerit per actore te
 procuratores sic dicant. Ego procurator vice et
 nomine ipsius. A. actoris in quantum homini snia per te
 mea et per te aduersas facere videtur et non aliter. etc.
 per vos notarium causa homini mihi fieri publicus
 instrum peto. In quantum homo per te mea faceret et
 per te aduersa. etc. prestor de gnamie et appellado
 etc. Ex aduerso si snia fuerit per reum seu pro-
 curatores rei dicat sic. Ego procurator ipsius. B.
 rei dico homini sniaz si sic dici meret fore iuu-
 sta et iniuriam et prestor de gnamie et appellado
 etc. Et infra decem dies ab illo gnamie et snia
 sic lata debet in scriptis appellari. alias enim sen-
 tentia transit in rem iudicatam.

Incipit defensorium iuris

Via bone rei da

recessu et per te habet vice subsidi-
 um et esse remuneratois cernit ex-
 pectare primus. etc. q. ii. c. bone rei. Io ego. J.
 monachus cisterciensis. ordif videtur eos. per ma-
 liciam actorum fatigari laboribus et expensis. Pnis o-
 pusculum de corpe canonum decretalium ac legum
 collegi. put potui iuris defensorium illud donomi-
 nas. eo quod per te doctrinam per actorem tueri se
 valeat exceptiones rei vtilis et eo ponens. Nam
 exceptiones rei dicuntur. ff. de excep. l. ij. Si enim vi-
 tas non defensas opprimis. Rogo quod hoc opus-
 culum lectori vestro deum pro me deprecetur. loqr enim ne
 propter quod loqr non possum. Unde petitio mea est
 pro lege habenda. vt in auten. de nup. xxij. q. iij.
 c. vnusquisque. vbi petit Ambro. Et fit peti-
 tio tua lex. Nam naturali equitate tenet quilibet de
 bono faciendo ei quod sibi bonum fecit. ff. de peti-
 tione here. ed. et si. §. consuluit. pnis opusculum et
 p. xix. titulos distinguit vt facilius eo quod quiri-
 rit inuenies. Et ponit primo registz.

Tituli istius libri.

De rescriptis. De arbitris. Contra procuratorem Contra aduocatum Contra testes. Contra instrumeta. Contra testameta.	De iudicijs. Contra actorem. Contra procuratorem. Contra libellum. Contra interrogatoria. Contra privilegium. Contra positiones.
--	--

Contra sententiam. Contra appellationem.
 Contra electionem prelatorum.
 Contra prescriptionem et usurpatorem

Quibus modis iur

dicum instatia per videam? Iudices alij sunt
 ordinarij et ab aplico. vt ecclesiastici. vel ab
 ipatore. vt pote seclares legitimam accipiunt
 potatem. alij sunt arbitri qui nullam potatem habent
 sed cum consensu litigantium in iudices eligunt in quibus
 promittunt vt eorum snie stet. ij. q. vi. a iudicibus.
 et spe. de arbi. Alij sunt iudices delegati quibus
 audiencia per rescripta seu alia autoritate a superi-
 oribus delegat. extra de offi. et po. in iudi. ole. p.
 totum. Unde de exceptioibus contra rescriptum per
 mo videam? Contra rescriptum.

Rescriptum diligen

ter est inspiciendum et considerandum. vt cum
 per suppressionem veri et falsi suggestio-
 nes fuerit impetratum. et intellige tale veritate et fal-
 sitate quam si superior sciuit non dedisset licentiam. Et
 dicendum quod tale rescriptum seu autenticum non valet.
 nam per exceptionem elidit per. Item non valet si per
 diuinum impetratum fuerit. xxv. q. j. sunt quedam
 Item non valet si per natale vel positiuum vel per fisci
 vel vtilitate publicam fuerit impetratum. xvj. q. vj.
 placuit. C. vnde vi. l. autoritatez. C. li. ij. de
 nauibus non exco. l. mlti. et xxv. q. j. ido. Et hoc
 verum est nisi de illo canone fecerit mentionem
 vel appositionem de non obstare tali lege vel cano-
 ne. alio contra ius scriptum non valet impetratum. nisi
 forte pro sit impetratum et nulli noceat ibidem. xxv.
 q. ij. c. rescripta. Item rescriptum papale fuerit im-
 petratum super re que foris seclare contingit non valet
 cum effectu. nam per exceptionem elidit. extra de fo-
 rpe. ex tenore. et c. ex parte sic. et de appel. super
 duobus. et intellige si super proprietate rei fue-
 rit impetratum. Secus si super possessione. quod super
 possessione potest coram iudice spirituali causa ventilari
 extra de fo. rpe. Ex parte B. de iudi. ceterum.
 Quidam tamen intelligunt hoc coram ordinariorum non co-
 ram delegato. Item papa mandat aliquibus
 iudicibus quod excoicatum absoluant. et de suffi-
 ciente cautioe prestanda que parcat mandatis eccle-
 sie non fecerit mentionem. non valet. extra de se-
 que. possess. c. ad hec in fine. quod sufficiens cau-
 tio de prestatari. vt lite non prestat. qm. §. in alijs.
 Item rescriptum elidit si tempus datum dili-
 genter attendat. extra eo. ti. cam te. ff. de pre-
 ci. imp. offe. l. j. et l. vniuersis. Et intellige si
 pro alio impetrauit. pro se enim valet. Idem